

Ann. II.

Num. XII.

# VOX URBIS

## DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, in Italia est Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

### Subnotatio fieri potest:

#### IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.  
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

#### IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES  
LONDON W. — 28, Orchard Street.

#### IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.

Apud  
COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.  
NEW YORK, 143 w 95th St.

#### IN CANADA

ET NEWFOUNDLAND  
NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

#### IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.  
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

#### LUGDUNI

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.  
Rue Victor Hugo, 5

#### LUTETIAE PARISIORUM

LIBRAIRIE VIC ET AMAT  
CHARLES AMAT SUCC.

#### IN GALLIA

Rue Cassette, 11.

#### IN HUNGARIA

Apud  
C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE  
BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

### RERUM INDEX

AUSPICIA DE EUROPAE BELLIS VEL PACE .....	Romanus.
DE RECENTI MORBO ET RESTITUTA VALETUDINE SS. D. N. LEONIS PP. XIII.	Dr. Ios. Lapponi.
DE OPTIMIS SCRIPTORUM GRAECORUM ET LATINORUM EDITIONIBUS .....	F. Ramorino.
CATHOLICUM ATHENAEUM INSULENSE .....	D. Tamilia.
DE CURRIBUS ELECTRICA VIRTUTE ACTIS .....	L. M.
PARENTS IUSTITIA PACIS .....	A. Basili.
EX BATAVIA .....	Micr.
MALE FERIANTES BELGAE OPERARI .....	A. Vieillot.
DE AEDIBUS SS. MARTYRUM IOANNIS ET PAULI IN CLIVO SCAURI	Senior.
AEMILIUS CASTELAR .....	A. Costaggini.
VITA FUNCTI VIRI CLARIORES .....	C.
FRUSTULA .....	Forfex.
AMERICANI CONCILII RITUS .....	X.
ANNALES .....	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS .....	Scriba.
QUAESITIS RESPONSIO .....	H. D. V. Pieralice.
LIBRORUM RECENSIO .....	H. P.
AENIGMATA .....	C. Mancini.

*In tertia operculi pagina:*

PER ORBEM .....	Viator.
VARIA: Athenaei praeses natu minimus — Ephemeridum scriptorum fata. Domuspolis — Quid necesse sit spectantibus curationem leonum	I. A. P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCC XCIX.

## COMMENTARI "VOX URBIS,, INDICES SINGULI

### VI num. ann. II.

De mediatione - MONTELUCCIO.  
Muliebris birota velocissima (*La bicicletta per le signorine*) - MAURUS RICCI.  
Philosophia Horatiana - I. LEMETTE.  
De pueris in crastinum instituendis. Meditationes postumae - I. ANTONELLI.  
Latinae adnotatiunculae - F. R.  
De fragmentis formae urbis Romae nuperime in lucem proditis - H. MARUCCHI.  
De veterum abstinentia - P. ANGELINI.  
B. Virgo ab Angelo salutata - I. C.  
Sapientum inventa - L. M.  
Via Appia - I. CASCIOLI.  
Napoleon ex opinione vulgi - HERCILUS.  
Aviculis parce - E. DE VAISSEIRE.  
Vita functi viri clariores - C.  
Annales - EUCLYPTUS.  
Ad Leonem XIII P. M. die VIII. martii a. MDCCCX.  
- C. NOCELLA.  
Coetus legibus ferendis qui ubique gentium congregantur - SCRIBA.  
Frustula - FORFEX.  
Bibliographia.  
Epistolarum commercium - A SECRETIS.  
Aenigmata - M. FUSCUS.  
*In secunda operculi pagina.*  
Per orbem (Quindenorum dierum praecipua) - VIATOR.  
Varia: *An et hoc in praevisis, et praeunciatis? - Longaevitatis et longaevitatis vaticinium* - P. d. V.  
— Ioci - D. MACRAE.

### VII num. ann. II.

De Sinensium imperio - EUCLYPTUS.  
Quid inter artem tragicam antiquam et recentiorem intersit - D. TAMILIA.  
Carmen epicum saeculi XV nunc primum in lucem editum - F. RAMORINO.  
De pueris in crastinum instituendis. Meditationes postumae - I. ANTONELLI.  
Surrexit! - F. X. REUSS.  
De varia mortis imagine saeculorum cursu - T. COLAMARINO.  
Humanum caput a Bonarrotio effectum - I. CASCIOLI.  
In Hieronymum Savonarola - A. ARTIOLI.  
Geographiae nuperime adepta - L. M.  
Christianorum Pascha et Hierosolymae recordatio - HERCILUS.  
Anguum collectores - LAELIUS.  
Tentata olim aerea navigatio - H. D. V. PIERALICE.  
Ex Gallia. Harmoniae singulares ac disposita vita per numeros - A. VIEILLOT.  
Frustula - FORFEX.  
Quæstiones inter socios proponendæ - Vox Urbis.  
Annales - E.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Aenigmata - A. MORCHIO.  
*In secunda operculi pagina.*  
Per orbem (Quindenorum dierum iter) - VIATOR.  
Varia: *O parentum charitas! - Systema metricum apud Anglos invectum - De musica et poesi, ultra praestet. Epigramma* - P. d. V. — Ioci ex historiis - C.

### VIII num. ann. II.

Angli in coloniis deducendis principes - H. A. STRONG.  
Humani ascensus - E. DI BISOGNO.  
De pueris in crastinum ministrundis. Meditationes postumae - I. ANTONELLI.  
Sophocles et Shaksperius tragicae artis anti-stites - D. TAMILIA.  
Torquatus Tassus - H. PIERALICE.  
In quercum Torquati Tassi turbine deiectam - N. FILONARDI.  
Nocturna lumina ad mare - HERCILUS.  
De fragmentis formae antiquæ Urbis nuper in lucem prolatis - H. MARUCCHI.  
Ex Germania. Pompeii Russici - L. KANT.  
De columbis viaticribus - LAELIUS.  
Vita functi viri clariores - C.  
Insigna equestria - SENIOR.  
Frustula - FORFEX.  
Annales - POPLICOLA.  
Quæstiones inter socios propositæ. - I. QUANAM lingua scriptum: *Mane, Tekel, Phares?* - L. W. SZCZERBOWICZ.  
Ephemeridum scriptorum conventus Romæ congregatus - SCRIBA.  
Aenigmata - GRYPHUS.  
*In secunda operculi pagina:*  
Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Pericula in cognomine* - P. d. V. — Ioci - D. MACRAE.

### IX num. ann. II.

Kalendas Maiae - A. MARTINI.  
Val-des-Bois - H. D. V. PIERALICE.  
De canoris nugis - P. ANGELINI.  
Maius in agro, in templo - FRANC. XAVERIUS REUSS.  
Sartor iudeus poeta - D. TAMILIA.  
Marianus Armellini eiusque scripta inedita - Vox Urbis.  
De ritibus exequiarum in antiqua Ecclesia e MARIANUS ARMELLINI.  
Caecilius Rhodes - I. ANTONELLI.  
Ferreis axibus stratae viae per Africam - SCRIBA.  
De Pontificiis Cappellis - SENIOR.  
Floralia - A. COSTAGGINI.  
Expressi in humano sermone mores animantium - X.  
Sapientum inventa - L. M.  
Ex Gallia. Victoriae, Anglorum reginae, vitae consuetudo Niceae ad Varum - A. VIEILLOT.  
Divae Fortunae codex - LAELIUS.  
Annales - POPLICOLA.  
Librorum recensio.  
Aenigmata - DIGAMMA.  
*In secunda operculi pagina:*  
Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Semper in mordacem Horatius - Canes bene de humano genere meriti - Novae aurifodinae - Ioci* - P. d. V.

### X num. ann. II.

Ingruit hora - JOSEPH TONILO.  
De coloniis Germanorum - P. ALT.  
De theatris aedeundis - I. ANTONELLI.  
De versibus latinis ad italicum numerum - P. ANGELINI.  
Solatia in adversis, moderamen in prosperis - J. SERIK VITINSKY.  
Ludi et festa mensis Maii - D. TAMILIA.  
De morbo cui vulgo ab influentia nomen - DR. L. KAUL.  
Haga urbs - ALPHA.  
Alafridus Krupp - A. COSTAGGINI.  
Ave Maria - N. FILONARDI.  
Acta Sanctae Sedis - Indictio Universalis Iubilaei Anni Sancti MDCCC - THOMAS.  
Vita functi viri clariores - C.  
Telegraphica signa nullo adhibito metallico conductore transmissa - L. M.  
Turriti galeri fasta et nefasta - A. VIEILLOT.  
Frustula - FORFEX.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - H. P.  
Quæstiones inter socios propositæ. - II. De novis verbis - H. EWARTH.  
Aenigmata - DIGAMMA.  
*In secunda operculi pagina:*  
Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Electridis ad conciliandum somnum usus - Europæ quid solis et lucis, quid umbras et pluvias? Novum chartæ elementum - Barba patriarchalis quanta* - P. d. V.  
Epistolarum commercium - A SECRETIS.

### XI num. ann. II.

Episcoporum Americae Latinae Concilium in Urbe congregatum - EUCLYPTUS.  
De Anno Sancto qui dicitur iubilaei - H. DE VECCHI-PIERALICE.  
De prima puerorum institutione apud Romanos - I. IACHINO.  
Angelus et infans - F. X. REUSS.  
De spectaculorum pernicie - I. ANTONELLI.  
A trahæ ad currus "Auto mobiles" - SENIOR.  
Eucharistici triumphi - P. PASQUALI.  
Ex Batavia - M. L. MICROVIR.  
De Collegio Pio Latino Americano Romæ instituto - ALPHA.  
Lazarus Spallanzani - A. COSTAGGINI.  
Nova ad septentrionem profectio - X.  
In herbam nicotianam - D. MACRAE.  
Librarium artium opera Venetiis nunc collecta atque publice exhibita - A. L.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio.  
Aenigmata - I. SULLIVAN.  
*In tertia operculi pagina:*  
Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Utilitas chronologiae - Ioci* - P. d. V.

## OPTIMUM OLEORUM OMNIUM

purissimum, et iam usu probatum apud Ecclesiasticos viros universi Orbis terrarum suppeditat una

### Praemissis decorata Societas ad Olea Olivarum

(vulgo: Riunione dei produttori di olio d'oliva)

 **BARI IN ITALIA** 

CONSTITUTA

In Ital.  
Lib. 15.

AUSPICIA D

MORITUR  
quum p  
templum claud  
rianas clades e  
vaginarum qui  
libellum testan  
ram patribus  
continebantur,  
castra stativa  
quadruplum, v  
rianas ad virgin  
que quatuor a  
lateque pacem  
stodirent. Hod  
patet adspectus  
legati ex qua  
caput conveniu  
litum numeru  
classibus ac tor  
tum, ut quam m

Sunt haec  
ephemeridum  
prorsus, licet  
modi rerum m  
flagrationis ina  
itidemque victo  
ciari, sed et viro  
spe; fore nempe  
tendi metu et  
evadat, nec u  
omnes simul re  
esse iacturam  
scutis, gladiisque  
modi augures  
ex amissio, uti  
occasum, glori  
mutandarum i  
die magis irre  
aliis populis o

Atqui primi  
obliterandum  
militaris gloria  
lium excitati,  
imperi ruinam  
redintegrando  
unius gentis i  
rerumpublicarum  
sunt. Quoad a  
gitare puto, ut  
belli gerendi c

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:  
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

## AUSPICIA DE EUROPAE BELLIS VEL PACE

MORITURUS iam prope erat divus Augustus, quem primum ab exorta republica Iani templum claudere licuit, et si Lollianis et Varianas clades excipias, cruentis legionum ensibus vaginarum quies tandem concessa est. At cum libellum testamenti Caesaris recitari in curia coram patribus Tiberius iussit, ubi opes publicae continebantur, ad viginti quinque legiones per castra stativa distributas, socrorum auxilia in quadruplum, vigilum cohortes, urbanas, praetorianas ad viginti millia et amplius, classes denique quatuor adnumerata sunt, ut imperii longe lateque pacem ac securitatem armata manu custodirent. Hodierni Europae status haud dissimilis patet adspectus; dum enim pacis tuendae gratia legati ex quavis gente ad urbem Batavici regni caput convenient, ad ducenties centena millia milium numerum ascendere per orbem notum est, classibus ac tormentis bellicis omnigenis ita munitum, ut quam maximam hostibus cladem comparet.

\*

Sunt haec satis cuique vel quotidiana ipsa ephemeridum lectione trita; at quod absonum prorsus, licet haud insolitus videtur, ex huiusmodi rerum militarium studio non futurae conflagrationis inaudita pericula, clades cruentissimas itidemque victorias a doctis quibusdam praenunciari, sed et viros lectissimos, fallaci quadam decipi spe; fore nempe ut tot armorum vis, mutuo abutendi metu et quasi mole sua deterrita, inutilis evadat, nec unquam adhibeat, quoadusque omnes simul respubicae tot impensarum vanam esse iacturam nactae, ipsae se sponte sua galeis, scutis, gladiisque exuant. Haec vero futura huiusmodi augures duplice ex causa despondent, tum ex amissio, uti aiunt, praecipue post Napoleonis occasum, gloriae militaris studio, tum ex commutandarum rerum commerciis, quibus quotidie magis irretimur, et arctioribus vinculis alii aliis populis obstringimur.

\*

Atqui primum haud inficior, quamvis non oblitterandum puto, licet Napoleonides exercitus militaris gloriae amore fuerint plerumque ad praeium excitati, non defuisse tamen post Gallici imperii ruinam bellorum stimulus, quae vel ad redintegrando nationum limites, vel ad populos unius gentis in unum colligendos, vel ad ipsius rerum publicarum subvertendum statum suscepta sunt. Quoad alterum vero, insanum omnino cogitare puto, utraque hac amota causa, omnem belli gerendi occasionem esse sublatam.

Duo enim praecipua reliqua sunt, alterum ipsa cuiusvis gentis arrogantia, qua singulae ceteris praeminere nituntur, alterum lucri studium et *aurea sacra fames*, quam nostris temporibus, haud ferme feliciter, patriam caritatem, cupiditatem gloriae ex animis depulisse ita compertum habemus, ut una prope regere mundum videatur.

\*

Quid inde? commerciorum maritimis vel terrestribus itineribus tuendis alii in alias exterminia paramus, et cum offensa gentis insolentia ita exardescet, ut compesci a reipublicae rectoribus amplius nequeat, bella exorientur nuperime exacti Americanos inter ac Iberos apprime similia.

Iamque novissimum adest longeque maius discrimen in proxima Sinensem imperii partitione; et utinam talium philosophorum augurium impleatur, ut impediente ipso tot armorum metu quominus nunquam adhibeantur, mutuis tantum minis deterritae nationes amico ore rem componant!

Sin aliter, futura praenoscere haud fas est; unum tamen certum teneo, nostras latini generis gentes, quae superstes sumus, in supremo certamine deletum iri, neque fore id saltem a Superis nobis concessum, ut digna tanta maiorum gloria morte moriamur. En optimae ad quae obeunda nuper a saeculari servitute Graeci prius, Itali deinde nos vindicavimus!

\*

In qua denique novissima Europae facie inter Britannorum vel Moscovitarum triumphos quid erit latini nominis reliquum?

Nil ferme, nisi sermo ab Ecclesia in extremum aevum custodiendus; eruntque adhuc forte, post tot saecula, vetera aedium rudera, rerumque olim gestarum memoria, de quibus igitur tantum iterare fidenti animo Ovidii vaticinium libet:

... nec Iovis ira, nec ignis,  
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

At si eventus philosophorum auguriis morem gesserint, abiectisque tandem aliquando armis, et evangelica doctrina moribus ac opibus publicis restitutis,

... ferrea primum  
Desinet ac toto surget gens aurea mundo?

Haud ego ferme ultimus plaudam, et Vergilius carmen, cui maioribus credulo animo assentire non licuit, impletum tandem exultanti labio, uti primum adulescentulus poesi vi correptus feceram, iterum recinam.

ROMANUS.

## DE RECENTI MORBO ET RESTITUTA VALETUDINE

SS. D. N. LEONIS PP. XIII

RAEVALIDAE vires et conformatio corporis optima, quibus divina Providentia pollere voluit Ecclesiae decus ac praesidium, Leonem XIII, a fausto eius ortu ad hoc tempus bis in discrimen adducta sunt. Primum enim Augusti Pontificis valetudo tentata fuit gravi viscerum morbo, quum ipse coepit civilia munia tractanda capessere in Beneventana urbe; nuperrime autem haud leviori periculo erecta est, quum propter senio affectam aetatem, tum propter morbi naturam, quae cruentum curationis genus postulabat.

Multis quidem abhinc annis cooperat Summus Pontifex laborare *cysti*, haud ita tamen, ut eam satis dissimulare non licaret. Sensim deinceps tumor ille ad partem lumborum laevam adeo succrebit, ut aurei citri magnitudinem exaequaret.

Nonnisi molis fastidia haec usque tumor attulerat; quibus minuendis ego, archiatri munere fungens penes ipsum Pontificem, pluries longo temporis intericto spatio, ferrea fistula acuminata, exprimendum e *cysti* humorem curavi, sive serosum illud, sive cruentum. Ecce autem mense februario huius anni exeunte, vel confiricatione aliqua exasperatus tumor, vel nimia humoris aut sanguinis exundantia, vel alia denique occulta de causa, sed praesertim ob corporis inertiam a gravioribus ministeriis curis impositam, succensus atque inflammatus, febrim et cutaneae necrosis instantiam intulit, non sine periculo ne totus inficeretur sanguis.

Rei gravitate comperta et ad extrema remedia confugiendum ratus, cum Caietano Mazzonio, chirurgiae peritissimo, communicavi consilium de morbi causa illico extirpanda.

Calendis Martii curatio manu peracta est; et eiusdem chirurgi miro magisterio, me participe atque adiuvante, excisa *cystis* ac sublata feliciter. Atque hic plane eniit Leonis XIII non minus corporis robur, quam animi fortitudo et constantia. Licet enim annos natus novem supra octoginta, eiusque aetatis causa nullo anaesthesiae praesidio consopitus, se incidi est viriliter passus; et quamvis subtili sensu praeditus, intrepide tamen atque impavide acres atque diutinos pertulit dolores a profundis lateris incisionibus excitatos. Re autem confecta, gratum se medicis esse et fore professus est summa humanitate. Interim unius diei spatio febris omnis evanuit; tum cutis adhaesit subito carnibus; obducta cicatrix vulneri; omnia denique brevi in integrum restituta tam prospere, ut nunc *cystis* sublatae vix aliqua cutis durities indicet locum.

Recuperatis viribus iamdiu sanctissimus Pontifex ad pristinam vitae consuetudinem rediit. Nova autem decennali vitae serie inchoata, sperare fas est, ipsum, valida senectute, ad annum aetatis suae centesimum perventurum. Sunt haec vota bonorum omnium; est haec in terris exspectatio.

DR. JOSEPH LAPONI.

DE OPTIMIS  
SCRIPTORUM GRAECORUM ET LATINORUM  
EDITIONIBUS

**Q**UOTIES inde ab inventa Guttembergensi arte graecorum latinorumque scriptorum singula opera edita sint, haud facile quispiam enumerare possit.

Satis constat huic labori strenuam primos dedisse operam Italos nostros per eam aetatem quae ab anno ferme MCCCCLXX usque ad initium saeculi insequentis effluxit. Tunc omnes fere editiones principes extiterunt, vel Romae, vel Bononiae, vel Mediolani, vel in aliis regionis nostrae urbis excusae; nec cuiuspiam ignotum est quantam brevi famam consecutae sint vel Venetiana Aldi Manutii officina, vel Florentina Iuntarum typographia.

Mox diffusa in finitimas gentes reviviscentium litterarum luce, Francogalli, humaniorum studiorum veluti facem arreptam prae se ferentes, veterum operum edendorum etiam curam suscepserunt; auctorisbus viris acerrimi ingenii, velut Henrico et Roberto Stephanis, Hadriano Turnebo, Dionysio Lambino, Iulio Caesare et Iosepho Iusto Scaligeris, Isaaco Casaubono, Claudio Salmasio aliisque, mirum quanta eruditio et doctrinae copia graeci latine scriptrores iteratis deinceps editionibus aucti sint et illustrati.

Sed statim ecce in campum prodierunt strenue pro rata parte certaturi Belgae et Batavi - nomina in memoriam revoca, lector, I. Lipsium, Gruterum, Vossios, Heinsios, Cluverium, Grotium, Graevium, Gronovios, Burmannos, Hemsterhusium, Ruhnkenium -, qui per saecula decimum septimum et decimum octavum iure quodam suo philologiae sceptrum tenuisse dicendi sunt. Quis nescit quam multas editiones graecorum et latinorum auctorum curaverint celeberrimi viri quos nominavi? Praesertim vero eorum opera prodierunt in lucem peropportunaie ille editiones *cum notis variorum*, elegantibus plerumque nitidisque typis expressae, quae etiam nunc non sine utilitate manibus nostris teruntur. — A Batavis huius aetatis non seiungendi sunt et ingenii acumine et doctrinae copia anglj philologi, quorum sat erit memorare Richardum Bentleium, inter magnos maximum, qui plurima veterum scripta recensuit, emendavit, edidit.

Saeculo demum nostro haud dubium est quin, cum omnimodis rerum antiquarum studiis tum cura scriptorum opera edendi, Germani inter omnes totius orbis nationes principem locum sibi vindicaverint. Quis ignorat quam pertinaci labore, quam perspicaci diligentia omnes, quot sunt in orbe, codices manu exaratos, in quibus scripta veterum continentur, indagaverint, pervolutaverint, in rem suam convertent? Quis ignorat, collatis codicibus origineque eorum perspecta, quam acute familias constituerint, archetypos libros ab exemplaribus descriptis secernentes; ita ut multo facilis, multo verisimilius textum, qui dicitur, veterum operum inter innumera amanuensium menda restaurare valuerint? Ubi autem deerant testimonia fide digna, quis ignorat quanto ingenii acumine et divinandi sagacia, novas lectiones coniiciendo, ordinem demutando, interpolata secludendo, emendandi provinciam, velut regnum sibi servatum, invaserint, percucurrent, obsederint?

Qua in re non est praeterendum plus aequo induluisse sibi Germanos philologos, modumque saepe excessisse, emendandique pruritus interdum transversos actos esse, adeo ut non vetera et genuina restituerent, sed fictum quoddam et commenticium

impudentius venditarent. Ab huiusmodi licentia quae, aliquot annos pervagata, poenitenda sane hic illuc vestigia sui reliquit, iam abhorrent recentiores philologi qui vel in regno Borussico, vel in Austria, vel in aliis Germaniae regionibus sceptrum litterarum tenent, eorumque mentes ad sanam doctrinam in emendandi arte redisse videntur.

Ut ut est de hac re, facile omnes qui legent assentientur mihi, adseveranti, xix saeculo Germanos solos in edendis graecis latinisque scriptoribus longe praestantiores magisque fructuosam operam navasse, quam ceteras omnes Europae gentes. Sat sit memorare celebrem illam *Bibliothecam Teubnerianam* quae omnes ferme graecos latinosque scriptores complectens, thesaurum antiquarum litterarum haud multis diffusum paginis nec magno pretio parabilem exhibet, et veterum poetarum, oratorum, philosophorum lectionem paratam cuivis atque expeditam fecit. Hoc unum dolendum est, grassante, quam diximus, emendandi licentia, in nonnullis huius *Bibliothecae* voluminibus verborum contextum haud servata codicum fide ad recensentis arbitrium confictum, longe alienum a veritate esse. Id tamen commendationi, quae Teubneriana officinae debetur, nihil detrahit. Ea autem in immensum merita sua auxit, aliis editis scriptorum corporibus, vel cum germanicis adnotationibus in usum scholarum (*Schulausgaben griech. u. lat. Klassiker mit deutschen Anmerkungen*) vel cum commentario exquisitoris doctrinae (*Sammlung wissenschaftlicher Kommentare zu griech. u. röm. Schriftstellern*). — Post Lipsianam Teubnerii typographiam, multae aliae germanicae officinae optime de scriptoribus graecis latinisque meritae sunt, praesertim berolinenses Calvaryana et Weidmanniana; nec oblivione praeteratur vindobonense *Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum*, consilio et impensis illius Caesareae litterarum Academiae optime editum, quod multa iam volumina habet multoque plura habebit.

Sed ut a Germanis ad ceteras nationes animum advertamus, cernere licebit his annis, qui proxime exacti sunt, multas bonas editiones, nonnullas etiam optimas, in lucem extra fines Germaniae datas esse. Apud nos post syllogen a Ios. Pomba taurinensi non sine laude compositam, multi alii edendis scriptis veterum operam dederunt; memorabo inter seniores Paraviam et Loescherium, utrumque taurinensem, inter iuniores Hoeplium mediolanensem, Albrighium et Segatium, Franciscum Vallardium, item mediolanenses. Inter corpora scriptorum ab his editoribus collecta, procul dubio Loescherianum praestat omnibus, cum numero editorum operum tum adnotationum copia et auctoritate virorum cuius ope et auxilio res confecta est. At intra fines lectionis *scholasticae*, optimos libros etiam ceteri editores sibi vindicant; ut Albrighius Segatusque nuperissimum Tacitiani dialogi *De oratoribus* editionem ab Henrico Longio curatam, multae et bona doctrinae plenam, Fr. Vallardius editionem Tullianae orationis *de imperio Cn. Pompei* quae laudatum nomen prae se fert Atilii De Marchi, et Taciti *Germaniam* multa cum diligentia illustrata ab A. Cinquini.

Nec infra Italorum laudem, immo certis nominibus superiores extiterunt editores Francogalli, inter quos eum tantum nominabo qui princeps est, Hauchettium, cuius omnibus laudibus digna videtur ea quae vocatur *Collection d'éditions savantes des principaux classiques latins et grecs*.

Sed, meo quidem iudicio, in editionibus curandis cum bonis ob ea quae continent tum propter libri venustatem insignibus, omnes librarios longe post se reliquerunt Angli et Americani. Quis non eiusdem

mecum sententiae erit, cui semel perfecti sint vel Catullus ab Ellis curatus, vel Tacitus auctore Fourneaux, uterque liber in Oxoniensi *Clarendon Press* excusus, vel *Dialogus de oratoribus* a Gudeman reconsitus, quem paucis abhinc annis ediderunt Bostonienses *Ginn & Company*? Profecto ea gens omnibus rebus, quae ad vitam tum corporis tum animi pertinent, perquam prudenter consulere valet. Utinam eos imitari nobis contingat!

Ceterum si quis ex me quaerat, cuiusmodi editiones graecorum latinorumque scriptorum potissimum probem, respondebo non illas mihi videri optimas, quas *criticas* vocant, neque aliud continent nisi contextum auctoris, addita sub calce cuiusque paginae variarum lectionum congerie; sed illas potius in quibus et aptis prolegomenis et opportunis adnotationibus verba auctoris illustrantur; omne autem mihi punctum ferunt quae has adnotationes latina lingua exhibent, non artificiosa et obscura, sed castigata, perspicua, vel obiter legenti accommodata. Alio autem iam totis viribus coercendam esse licentiam, qua contextus operum innumeris conjecturis non emendatus, sed pene in alium mutatus exhibetur; sed verba auctoris ita imprimenda sunt, ut ferme optimae notae codices habent, emendandi conjecturis ad notulas infra textum amandatis, ita ut lector ipsa verba per codices tradita sub oculos habeat, legens autem in notulis seriem conjecturarum ex ordine temporum dispositam, statim emendationem optimam scire eligere possit. Quod non impediet quominus editor in adnotationibus quae sequuntur opinionem suam de locis dubiis libere proferat suisque rationibus defendat.

F. RAMORINO.

CATHOLICUM ATHENAEUM INSULENSE

**O**PTIMARUM artium studia, quae *superiora* vulgo dicuntur, ut vere florent et ad reipublicae utilitatem referantur, nulla, mea quidem sententia, lege impediri oportet atque constringi. Nam omnibus docendi potestate facta, adolescentes in eorum disciplinam potissimum se tradunt, quos suis impensis sibi ipsi et ad audiendum et ad imitandum delegerunt; doctores vero praemiis excitati, nobili inter se certamine inito, quo magis discipulos sibi devincent, in rebus docendis omnem curam, cogitationem, opem ponere debent. Quae quidem res apud nos adhuc in votis est; at contra Galli iam inde ab anno MDCCCLXXII suum ius non sine aliquo studio atque labore sunt consequuti. Lacordaire enim, Montalambert et Pausis, tres clarissimi viri, impedimentis undique interiectis superatis, vehementi sua eloquentia in contione hoc evicerunt, ut omnibus docendi facultas daretur, athenaeaque suis legibus viverent.

Tum *Catholici*, aere undique collato, Insulis, in urbe nobilissima, immensum illud atque magnificentum athenaeum litteris et doctrinis tradendis exstremum curaverunt, idemque bibliotheca et pecuniae redditus locupletarunt.

Insulense igitur athenaeum magis in dies auctoritate crescit; in eo enim omnes disciplinae a doctissimis hominibus, uti Dutkoit et Boissard, traduntur, qui etiam apud adversarios summum honore sunt. Res autem, quarum est disciplina, quamquam in christiana religionis certis et firmis praceptis nuntiatur, tamen ita novae et ita hominum, qui nunc vivunt, moribus sunt accommodatae, ut ratione omnino satisfaciant animumque delectent. Quare iuvenes atque etiam externi Insulas convenient, neque domum inane (quod caput est) redeunt.

At iuvenientia scientia atque iis rebus, quae nem spectant, dam generis in publicis causa haud imperit.

Quare in quoddam legge parva cum nunc consilii, in immense concione capessendam rias familias, trarias, de numerum animos pro suis viribus iurisperitus praestantes monitum ex illa exercitata multis rebus ostendit, neque id mirum faveant, alii ad optimem devincent.

DE CURRI

**M**AGIS in nuntur, ab exercitato proditora distribuitur curat, atque uno vel eademque percepit.

Variae de eis prouti distribuitur, distinguuntur. Sed vel aereis vel filium aereum restituant per citur currus: aliquid plenum necesse.

At si haec hanc industriam fruuntur, praedictorum obvoluta provenientia sitate systematis electrica est, stratam ad officia giguntur: actiones magneticos apparet eiudem actione que efficiens non positis; a nomen vagantur diffundentibus, pere afferunt et cuniculis maguetis, quibus

Plerumque cuitus uno filo per solum directum metallicum que electrica vi effundit, ad te

electi sint vel  
auctore Four-  
arendon Press  
Gudeman re-  
derunt Boston-  
gens omnibus  
in animi perti-  
ct. Utinam eos

usmodi editio-  
nem potissimum  
deri optimas,  
nent nisi con-  
sueque paginae  
las potius in  
tunis adnota-  
re autem mihi  
latina lingua  
sed castigata,  
ta. Alio autem  
iam, qua con-  
on emendatus,  
r; sed verba  
optimae notae  
d notulas infra  
verba per co-  
autem in no-  
temporum di-  
m scite eligere  
ditor in adno-  
sum de locis  
is defendat.

RAMORINO.

NSULENSE

periora vulgo  
eipublicae uti-  
gentia, lege  
in omnibus do-  
orum discipli-  
impensis sibi  
delegerunt;  
inter se cer-  
bi deviciant,  
ationem, ope-  
es apud nos  
iam inde ab  
quo studio at-  
enim, Monta-  
impedimentis  
sua eloquen-  
nibus docendi  
bus viverent.  
to, Insulis, in  
e magnificum  
extruendum  
cuniae reditu

dies auctori-  
nae a doctis-  
rd, traduntur,  
onore sunt.  
namquam in  
raeceptis ni-  
m, qui nunc  
rationi om-  
Quare iu-  
niunt, neque

At iuvenes hac nostra aetate non solum rerum scientia atque doctrina instituendi sunt, sed etiam iis rebus, quae ad communis degendae vitae rationem spectant; aliud enim est «artificem esse cuiusdam generis atque artis», aliud in senatu, in populo, in publicis causis, in hominum denique consuetudine haud imperitum esse, ne dicam hebetem atque rudem.

Quare Insulensis athenaei moderatores consilium quoddam legibus condendis excogitarunt, instar, si parva cum magnis licet comparare, publici Galliae consili, in quo iuvenes, ceteris remotis, bis in mense concionarentur atque ad usum civilem et ad capessendam rempublicam instruerentur. Hi in variis familias, ut ita dicam, distributi inter se contrarias, de maximis quaestionibus, quae nunc hominum animos agitant, praesertim Gallorum, quisque pro suis viribus, disserunt; omnibus autem doctor iurisperitus preeest, qui nimis effrenatos mitigat, errantes monito docet ita, ut omnes uberes fructus ex illa exercitatione capiant. Possunt quidem iuvenes multis rebus dissidere, quae ad rem publicam administrandam pertineant; et sane inter se dissident; neque id mirum; alii enim reipublicae moderatoribus favent, alii adversantur; sed omnes religionis sensu optime devinciuntur et patriae caritate.

D. TAMILIA.

## DE CURRIBUS ELECTRICA VIRTUTE ACTIS

MAGIS in diem, in praecipuis civitatibus, curruum super ferreos axes, quibus viae sternuntur, ab equis ductorum, qui electrica virtute moveantur locum tenent. Virtus haec, quovis generatore producta, metallico conductore pluribus distribuitur curribus, per statutam viam transeuntibus, atque uno vel duobus electricis motoribus munitis, eademque per similem ductorem ad officinam principem revertitur.

Variae de electricis curribus sunt rationes, quae, prouti distribuitur et reddit electrica vis, inter se distinguuntur. Sunt enim currus qui duobus polleant vel aëris vel substratis ductoribus; sunt qui per filum aëreum ab officina vim recipient eamdemque restituant per ferreum illum tramitem quo ipse dicitur currus: ali denique vim cumulant ad iter ex plenum necessariam, in ipso curru asservatam.

At si haec omnia maxima sunt utilitati iis qui hanc industria exercent pariterque civibus, qui iis fruuntur, praetermissis periculis, quae ex incuria ad dictorum obvenire possunt, longe alia ex ipsa rei natura proveniunt incommoda, quae tamen pro diversitate systematis inter se differunt. Ex illo vero quo vis electrica ex aëreo filo per viam ferreis axibus stratum ad officinam revertitur, haec duo praeципue gignuntur: actio nempe electricitatis directe electromagneticos apparatus perturbans, quoties in ambitu eiusdem actionis apparatus hi reperiantur, fluxumque efficiens inductum in circuitibus satis longe non positis; actio altera, quae est e fluxibus, quibus nomen vagantes, e ferreis tramitibus per solum sese diffundentibus. Hae vero actiones damnum magnopere afferunt et telegraphis et telephonis, itemque et cuniculis metallicis viis subiectis, acibusque magneticis, quibus physicae stationes utuntur.

Plerumque telephonorum et telegraphorum circuitus uno filo constat, dum fluxus electricus vel per solum directe reddit, uti in telegraphis, vel per metallicum quemvis tubum, prouti in telephonis. Itaque electrica vis, quae ex stratis axibus in solum sese effundit, ad telephonos et telegraphos per hunc tra-

mitem pervenit, et iuxta suam ingentem variabilitatem, continuo perturbationes intra circuitum in generat, ita ut et aliarum permutationum in fluxu causa sit, et damni in transmissionibus. Sed maioris momenti aliud se preebet: quae scilicet fit inductio, quoties filum telegraphi vel telephoni reperiatur apud aëreum quemdam ductorem, cuius electrides vehementer sit et mutabilis: tunc enim cuivis im mutationi in vi fluxus congruens respondet in telephoni ductore electrica unda, quae variat proinde iuxta eiusdem vis mutabilitatem. Periculum quoque inest filis telegraphicis et telephonics propioribus electrico fluxui longe valido, quando potentior vis fortuito contactu (ex. g. ex obrupto filo vel praesidio aliquo) in rete minoris intensitatis transeat; tunc enim apparatus interpositus destruitur, filum funditur, communicationes necessario interrupuntur: imo calor ita fervens produci potest, ut ligna quibus machinae exstructae sunt incendio comburantur. Haec Zurigo in urbe evenere die 2 mensis aprilis 1898, quam officina princeps ad telephonos vastata incendio est, et ad 240 000 francs iactura attigit.

Quid insuper dicendum de damnis, quibus facile subterranei cuniculi occurtere possunt? Quos quidem non raro electrolytici fluxus ferreis tramitibus deperdit et per solum vagantes, cum in minoris momenti obstaculum incident, perforant, etiamsi ne proximi quidem hi cuniculi reperiantur. Tunc vero cum ipsa virtus canales sic ingressa, ad ferreos axes, atque deinde ad machinam generatricem reverti natura sua cogatur, in quovis spatio, quod sibi est percurrendum ut cuniculos ingrediatur iisque egreditur, electrolytice sales omnes solvit per humiditatem in terra effusos, ita ut ipsi cuniculi metallici radicalis acidii erosione corrumpantur. Qua quidem agendi ratione Lutetiis Parisiorum, itemque Brooklin in urbe civitatum foederatarum Americae septentrionalis, gas ad illustrandum in subterraneos tubos inclusum passim evasit, et horribili strepitu damnisque explosit.

Quibus ut obstarent, et regna et municipia operam studiaque intenderunt; praecepit in Britannia, ubi discriminem potentialitatis inter ferreos viarum tramites et tubos solo subiectos ne 1, 5 V. excederet, provisum est. Verum ulteriores investigationes electrolyticas erosiones evenire posse ostenderunt, etiamsi idem discriminem ad 0, 01 V. reducatur.

Denique perturbationes quae in acus magneticas deveniunt, perdurante exercitio curruum electrica actorum virtute, tales sunt, ut impossibile fere evadat cuiusvis generis mensuras agere, quibus sive ut modus, sive ut finis magnetica vis interveniat: inde et vehementissimae saepe disputationes exortae, eademque etiam coram civilis iuris actae, quorum vero plures discrepantia prolata sunt iudicia.

Huiusmodi effectus ex utrisque causis, quas superius memoravimus, gignuntur: ex directa nempe fluxus electrici actione, quae reperitur in via quam currus percurrunt, exque fluxuum, quos vagantes per solum diximus; quarum altera in propiora loca influit, altera vero per spatia agit longe lateque maiora, cum vagantes fluxus per solum undique effundantur neque ulla adhiberi potest provisio, utpote quae ex multis variisque conditionibus inferratur. Hae perturbationis causae, quae tam perniciose in physicas stationes agunt, inanis huiusmodi non nullas omnino effecerunt in magneticam vim studentes, inter quas duas illae quae tantum habebantur in Americis, Neo-Eboraci, et Toronti in Canada, sicut et ipsa Romae, recensendae sunt.

Facile ex hisce intelligi potest in quod quantumque studium incumbant scientiae pvestigatores, ut inquirant ad quam maximum spatium huiusmodi perturbantes actiones se portendant: sed varias et discordes deduxerunt sententias: cum enim in physica statione, quae Toronti est, terminus huius actionis ad km. 3.2 constitutus sit, ab Eschenagen, claro illo berolinensi doctore, usque ad 15 km. est per ductus; quod ad concludendum inducit, finem eum dem ex variis locorum conditionibus omnino originem trahere.

L. M.

## PARENTS IUSTITIA PACIS

*Quo fonte erumpunt lites ac bella per orbem?  
Sistere cur nusquam pax agitata potest?  
Si vultis tanlam a vobis defendere cladem,  
Discite, mortales, discite iustitiam.  
Haec domat insanos homines, avidosque refrenat,  
Intra fortunam quos iubet esse suam.  
Haec amat insontes, dignis haec munera didit,  
Hanc sequitur certo candidus ordo pede.  
Iustitiam verbis omnes laudare solemus:  
Nos trahit interea lucri inhonestia fames.  
Hic cupidus fines vicini transilit agri  
Clamans: Haec mea sunt, cede, colone velut.  
Ille manus celeres alienam trudit in arcum,  
Aut aurum plenis surripit e loculis.  
Frusta prialendit densas sibi vinea sepes:  
Non errat salvum grata per arva pecus.  
Damna parat livor, fervent odia aspera passim,  
Et furit in mediis rixa cruenta viis.  
Iustitiae in terris si late regna vigerent,  
Non esset tantis porta reclusa malis;  
Clamosique fori cessarent furgia et irae,  
Nec trementer sonentes iudicis ante pedes;  
Nec fraus ad primos auderet repere boures,  
Et male detractis fulgere in exuvii.  
Si lateri regum custos fidissima adasset  
Iustitia, arcani conscientia consilii,  
Non generent matres raptos ad proelia natos,  
Nec fleret, vasto rure, colonus inops.  
Nunc regna ingenti sumptu se milite cingunt,  
Allerum in alterius non bene tuta fide.  
Infirmas non iura tegunt, non foedera gentes,  
Ast arma et vires pro ratione valent.  
Quo, quo cessisti a nobis, pulcherrima virtus?  
Qui locus est, tecum pax ubi fausta latet?*

A. BASILI.

## EX BATAVIA

FATEOR equidem, id praecepit mihi, ut promisis satisfaciam ex Haga scripturo, liberum calatum illigare quodammodo ac paepe dire, quod ea lectoribus enarrare videar multo iam tempore nota, epistolaris huius ephemeri commercii culpa ferme gravissima.

At ea est rerum conditio quae mihi facile veniam obtineat; hinc rara ipsius nostrae ephemericis vulgatio, abdita inde et omnibus ignota celeberrimi huius conventus concilia, quorum praecepit causa scribendi munus suscepit.

Et profecto quae, permittente illustrissimo viro qui conventui preeest, quotidie nobis communicantur, adeo ieuna sunt, ut ea vobis iterum referre pene erubescam, eoque magis quod ex diariis quotidianis cuique satis pateant.

Utinam vero latentes tam rigide conceptis verbis sententiae eae sint, quae et sibyllinis versibus delphica oracula abdebant, et in auspiciatum humanae societatis bonum faustius cedant, quo obscuriora videntur!

Quod cum semel ac iterum animadvertissem, non immerito forte dubitavi num ipsius natura loci, quo legati convenient, pythonica huiusmodi oracula edenda suaserit.

Silvis enim undique abdita domus est, quam optime quidem aedem ad lucos Batavi nuncuparunt (*t Huis ten Bosch*), silvamque omnem recens novis foliis undique obruit. Inde pax summa circum, ac nullo turbata strepitu quies, gravibus studiis ferme aptissima, quibus et ipsarum aedium ornamenta ac intrinsecus aspectus adamussim consonant.

Anni enim bis centum et quinquaginta effluxerunt ex quo tandem, auctore Amelia ex Batavico genere Solms, Friderico viro vita functo, domus extorta fuit: et licet externa facie a regalis palatii splendoribus quam maxime absit, sunt tamen internae aularum parietes a lacunaria insignibus pictoricae artis operibus ex celebrissima Bataviae schola decora: immo in fornice ianuae qua in aulam d'Orange maximam, ubi legati nationum convenient, patet ingressus, ipsius Pacis simbólica picta effigies.

Hanc, post feliciter exactum de libertate Bataviae cum Iberia bellum, olivi racemum dextera, laeva contra lauri sertum distringentem, batavus pictor effinxit, ignarus ferme quam feliciori auspicio de quibusvis bellis delendis post duo saecula esset futura.

Quamquam nolumus et nos aureae nimium spei confidere, ne fallacie rigores experiamur; ecquid vero? incunda non semel hic illuc, ieunias inter rerum noticias, deprehendisse putavimus, quibus ex animo gaudio gestire fuit; inter quae praecipue rogationes de mediatione et arbitratu tum a Russorum legatis, tum ab Americanis Anglisque plures fuisse oblatas, ac favorem multum fuisse consequatas. Has postremo, nonnullis emendatis, conceptis aptissime verbis Nigra, inter Italiae legatos primus, redit et comiti studio subiecit. Constituitur, antequam ad arma deveniatur, ad arbitros vel mediatores toties configendum, quoties enumerandae rerum condiciones expostulent; nationibus singulis, quae conventui intersunt, offerendi mediationem suam ius adscribitur; mediationem arbitratum praecedere, at arbitratum deinde, iuxta rerum circumstantias, et semper ad libitum et interdum necessario esse proponendum dicitur; quae vero nisi antea ab utraque parte sponte accepta fuerint, bellicas omnes præparaciones minime expedire conceditur.

Rogationi huic, quae ferme præcipua inter omnes hucusque coram coetu agitatas habenda est, adque propositos fines assequendos maximum habet

pondus, felicissimum exitum ominamus; ceterum, si qui fructus erint, proxime et nos cognituros, et novis literis vos certiores facturos esse speramus.

MICR.

#### MALE FERIANTES BELGAE OPERARI<sup>(1)</sup>

**H**uc mea me devexit peregrinandi rabies... Num quid ambulatorem dicetis me, et quasi herodromum perpetuum? Vos dabitis veniam verbo; *ambulonem et deambulonem* me esse fatebor, hac saltem de causa, ut scribam vobis, quae video et sensero, videndi et sentiendi et scribendi more illo meo.

Verax tamen ero. Veni huc, non ut scriberem ad vos, at scribo quia veni, quemadmodum et Ni-  
ceam et alio cursitavi, erro perpetuus ego et im-

coepi circumire caenacula operariis frequentiora, nec peperi crumenae, ut (vel Baccho, vel Kappa potionē suadente et sequestra) in colloquia irem sive cum iis qui graviores consilio mihi, sive cum iis qui loquaciores aetate viderentur.

Atque hoc accepi. Feriantum quadraginta et sex millia ac ducenta circiter numerantur, *socialistis* auctoribus atque hortantibus, ut fodinae reliquantur desertae.

Dum nihil respublica in resides iubet (non enim invitus quisquam adiungi iure potest ad laboris illud, vel istud genus), qui industriarum capita sunt, et nomine syndici et auctoritate habentur, coetus inutiles convocant laterem lavatrici dum frustra de augenda mercede sermonem instituunt: non enim haec vera fe-  
riarum causa, sed quasi velamen est ad reconditos fines, quippe quia scriptis publicis constat ab anno 1896 ad praeteritos martii mensis dies mercedem, antea

*frances* 4.04 quotidiæ nuncupatam, ad *frances* quotidiano 5.23 adductam.

Haec ipsi inter se, haec mecum fassi sunt passim, nec querenti negarunt « se a labore quotidiano abstinere iussos nulla proposita causa, sed nexos quodam vinculo, quod nuncupant mandat impératif ». Si absint, vel taceant domini, de mercedibus clamanter, si adsint et conditions offrant, tunc nolent,

poenitens, et cursitando scriptitavi quae vos vestrique legitarunt.


Cursitare, scriptitare, legitare!... Quorsum haec balbutientia verba?... Aedopol! Tribus abhinc diebus hic maneo (maneo, ut ita dicam; re sed vera quotidie versor in frequentia operariorum pacifica inter Lovanium, Charleropolim, et regionem Bourinagii), et hisce tribus diebus ita incertis assuevi verbis auditum, ut de dicendis anceps medium illud ineam iter inter non tacere et non dicere.

Qui veridici sunt atque a mendaciis abhorrent, haec aperte, haec palam; qui vero mendaces, potius quam rationi aversi, videri malunt, arcana quaedam damna fraudesque moluntur a dominis illata, quibus aqua utilium propotione cum operario non placet.

Est interea obscuritas magna, dum caeca instruuntur certamina quasi in recondito cumculo, unde ignita vis pyrici pulveris opportuno tempore conflagrit.

Et iam funebris lux emicuit in verbis *socialistae* Vander-Welde, qui, Belgarum in populari curia orator, haec edidit: gentium mentes quibusvis artibus in sententiam *socialistarum* inducendas esse per fas nefasque; popularem curiae partem, quae dexteræ, quam vocant, opponitur, frustra contra frendentibus, ultima nuper minatam esse, armaque in obscuris futuri micantia indicantem, quae sit ultima populi ratio aperte ostendisse: in feriantes operarios exercitum ad civile bellum deductum sese videre.

Ac si res quidem eo deveniet, uti verba sonant, non nego tetrica impendere; quae tamen ego vitabo prævidens; cedam enim tempori atque abibo, et cum attigero bene moratam et vere liberam civitatem, in ea conquiescam; at illic ego legam quae saepius, quae semper in tumultibus hisce civilibus facta sunt: « Operarii per tela, per ignes hoc unum



"T Huis ten Bosch," sive "Ad silvam villa" Hagae.

adepti sunt ut prioribus ruer in labores, præ gente vi, inop manere sentiu

Sunt autem auram» et nesciam moveat a desque, primi guenturne per riantes hesteri solitos redibun

#### DE AEDIBUS

FUIT studium Acta Mart Ecclesiae christi notam veritabil innixa ab atavimentum quodvituebant.

Acta Martyrum iubente interfec fatum vitaverant cipue sonabat il bendis Acta ip idque potius orationis perstrac moestissima fuisse, nec mart quemquam est

Res ita se h cheologus vir, G et ad Scaurum nistas quos voc coenobio, quod machii olim tit superpositum fer et inquireret, si rentrur.

Mirabile dictum stinans ea prot monente et int sores Germano, n investigata ligo siderata non obt

Quo brevi templumque idem tuerent, in quibus praeferebant muris porticus, tum quiae veritatem Actorum ostend minos ibi fuisse



Aedium

frequentiora, nec  
vel Kaffa potionem  
a irem sive cum  
ve cum iis qui lo-

quadraginta et sex  
tum, socialistis au-  
dinae reliquuntur

s iubet (non enim  
ad laboris illud,  
m capita sunt, et  
tur, coetus inutiles

ustra de augenda  
enim haec vera fe-

ad reconditos fines,  
tat ab anno 1896  
mercedem, antea  
francs 404 quoti-  
die nuncupatam,  
ad francs quoti-  
dianos 5.23 addu-  
ctam.

Haec ipsi inter-  
se, haec mecum  
fassi sunt passim,  
nec quaerenti ne-  
garunt « se a la-  
bore quotidiano  
abstinere iussos  
nulla proposita  
causa, sed nexos  
quodam vinculo,  
quod nuncupant  
mandat impé-  
rif ». Si absint, vel  
aceant domini, de  
mercedibus clau-  
nant; si adsint et  
conditions offe-  
rant, tunc nolen-  
tant, de mercedib-  
us, quo a labore  
minis non habere  
on interserendam  
nem.

Indaciis abhorrent,  
mendaces, potius  
arcana quaedam  
inis illata, quibus  
ario non placet.  
in caeca instruun-  
culo, unde ignita  
ore conflagrabit.  
verbis socialistae  
pulari curia ora-  
quibusvis artibus  
das esse per fas  
quaes dexteræ,  
tra frendentibus,  
e in obscuris fu-  
ima populi ratio  
arios exercitum  
ere.

ti verba sonant,  
e tamen ego vi-  
ori atque abibo,  
re liberam civi-  
go legam quae  
hisce civilibus  
gnes hoc unum

adepti sunt ut, ducibus suis parto imperio, in peiora prioribus ruerent, et dum antea aequis legibus liberi in labores, prout sententia, incumberent, nunc cogente vi, inopia crescente, duriora subeunda sibi manere sentiunt, quae vitare nullimode possint».

Sunt autem etiam in illis « qui captant hanc naribus auram » et nescio quae deitas verticordia inter ipsos iam moveat alas; plerosque enim segnes video res desque, primique ignes, credite, deforbuerunt. Extinguenturne penitus? Utique, si res protrahatur; furiantes hesterni, feriantes hodie sunt. Crastini ad solitos redibunt labores.

A. VIEILLOT.

#### DE AEDIBUS SS. MARTYRUM IOANNIS ET PAULI

IN CLIVO SCAURI

**F**ur studium quoddam quo nonnulli homines in Acta Martyrum incumberent, immo in omnem Ecclesiae christianaे veridicum censem, ut mendacii notam veritatis inurerent, quas vetus traditio factis innixa ab atavis miserat in abnepotes: sic, ubi momentum quodvis adesset scrutantibus, dubium insti-  
tuebant.

Acta Martyrum Ioannis et Pauli, Iuliano apostata iubente intersectorum, neque ipsa communè ceteris fatum vitaverant, atque in his calumniandis praecipue sonabat illud, quod in aedibus eorum describendis Acta ipsa viderentur minutius intendere, idque potius ornanti fabulas, quam, cruentae perse-  
quutionis perstrepente turbine, narranti tetrica ac moestissima tribendum. Qua de re nec ipsos fuisse, nec martyrium fecisse, nec Iulianum necesse quemquam est affirmatum.

Res ita se habebat, quum sacerdos idem et archaeologus vir, Germanus a S. Stanislao, qui in Coelio et ad Scaurum vitam cum piissimis deget, *Passionistas* quos vocant, eam venit in mentem, ut in coenobio, quod incolit, et in ipso templo (Pammachii olim titulo), quod ipsis martyrum aedibus superpositum fertur traditione antiquissima, effoderet, et inquireret, si qua monumenta rem traditam testarentur.

Mirabile dictu! Solum quasi gestiens, quasi fe-  
stinas ea protulit quae condebantur, atque ipso monente et interdum adlaborante medios inter fos-  
sores Germano, nec humus unquam frusta vel unico investigata ligone, nec murus malleo tentatus de-  
siderata non obtulit.

Quo brevi factum est, ut coenobium ipsum, templumque idem quasi duo simul emporia consti-  
tuerent, in quibus esset domus III a Christo saeculi praferens murum, et picturas, et dispositionem cu-  
biculorum, conclavium, cellarum, balneorum; tum porticus, tum doliarum, tum supellectilium reli-  
quiae veritatem traditae historiae, traditorumque Actorum ostenderent, confirmarentque et domi do-  
minos ibi fuisse christianos et martyres, et singula

retulisse ad unguem de visu Terentianum illum centurionem, qui, praescribente Caesare, cum militibus illuc ad necando minister mortis accessit, qui praeterea, christianus deinde, rem testis de visu et auctor rei, cuius pars magna fuerat, per singula quaeque descriptis.

Domus haec martyrum, in Urbis nobilissimo et frequentissimo edita loco, Neronianum nymphaeum, Claudio fonte deducto, coram habebat, quod, Vespa-  
siano restituente civibus regionem Neronianis molibus occupata, funditus de-  
letum non est. Specimen da-  
mus aquae du-  
ctus adhuc ex-  
stantis, qui Claudiam undam, Severo et Caracalla Augustis, in Palatinum productus fudit.

Erat et ante aedes, fortasse in prospectu, et pro-  
culdubio non longe ab aditu maximo, seu *prothyra*, sublime templum illud, quod Vespasianus restituit, a Nerone subversum aedificationibus suis proxima quaeque et dis-  
sita subvertente.

Quotquot habemus conclavia dispescuntur trifariam: sunt enim quae, defossa humo atque ablata, picturas ordinemque suum pavimentaque praeserunt; sunt quae explorata iam comperta, sed nondum ruinis, maceris, humo penitus vacua; sunt atrium et ad-  
nexa, et scalarum ordo. Quid si et adderetur *subdialis deambulatio*?

At principem sibi locum picturae vindicant, excellens artis opus, in quod tot saecula frustra coniurationem fecere cum barbaris, praeserens aetatis indolem ab idolorum cultu ad christianam veritatem transeuntem. Ibi enim sunt, quos Christianus toleraret ornamentum, Erotes, Iunones, Cupidines, Genii (v. fig. A); sunt quae sub oculis ipse idem ad pie-  
tatem optaret (v. fig. B, pag. 94).

Ad supellectilem quod attinet, amphorae, dolia, lagenae, diotae, cadi, ampullae, canthari, urceoli, urnae, monogrammate Christi signata sive coloribus pingentibus, sive stylo, exarante lateritium, ignis expers adhuc; nunc solitarium vero signum Christi appetat, nunc notae A et Ω adduntur, nunc circumscriptitur lineis, nunc ornato decoratur, nunc notis haud facilibus intellectu sociatur.


Eburnea sunt insuper nonnulla, et plumbea sigilla, sexcentaque praeterea quae longum enumerare erit, nisi Pompeianae cuiusdam effossione codicillis quid simile conficeret velimus; quae quidem, dum non absunt a mente, excluduntur angustiis propositi spatii, quod commentario conceditur.

SENIOR.


#### AEMILIUS CASTELAR

**H**OMINEM, quem nuper e vivis eruptum lugemus, non tantum illustrem inter Iberos quos nostrum vidit aevum praedicare licet, sed etiam inter latini generis celeberrimos oratores adnumerare: illi enim dono data ea oris facundia fuit, quam saepe Tullius divinitus hominibus concessam memorat, et pacis esse comitem otioque sociam et bene constitutae civitatis alumnam. Quam profecto artem, ut ipse olim Tullius, ita Aemilius hic noster quantum posset in civilibus negotiis ostendit, cum ea tantum fretus, inter patriae discordias bellaque intestina, tandem obtinuit, ut ad supremum liberae civitatis magistratum, quo reipublicae praeesset, advocaretur.

Quem enim anno 1871 Iberiae praesidem adhuc memoramus, humili genere ortum anno 1832 Gaditanus litora viderant, ex quibus proxime, patre oratus, ab amita Arone degente, deductus est. Tunc primum studiis intendens paternam bibliothecam omnem die noctisque versare puer conspiciebatur, quod illi primus fuit eloquentiae stimulus simul a fons, Cuius rei cito fructus apparuerunt; nam et cum aequalibus ad pias arulas sacra imitans si e subsellio diceret, ita vehemens erat ac copiosus, ut omnium, qui audiebant, stuporem excitaret. Duodecimum agens annum ad litteras primum incumbens, multa fuse ac indesinenter conscribere statim coepit, fabulas, dis-



Picturae in aedibus Ss. mart. Ioannis et Pauli repertae (fig. A).



Aedium Ss. martyrum Ioannis et Pauli prospectus.

sertationes, carmina, comoediasque, quae, aucta postmodum cum aetate prudentia, igne absumpsi. Philosophiae deinde disciplinis roboratus, Madritum petiit, ubi in Nationali eius doctrinae instituto, facto periculo, gratuitum locum obtinuit. In his vero re-  
pente ex privatae vitae obscuritate ad popularis fa-  
miae splendorem nomen eius elatum est, oratione quadam, quam annos natus vix duo et viginti, in ci-  
vilibus comitiis Madriti ad populare theatrum coactis, iuvenis Aemilius habuit, cuius tantus rumor fuit, ut cum in *España*, litterarum ephemeride, vulgaretur, hoc de iuvene vaticinium legi potuerit: maximum omnium Iberiae oratorum illum futurum.

Qui anno 1866 civile curriculum quodammodo ingressus, ad propugnacula per Madriti vias a popu-  
laribus exstructa contra regios milites civili bello pugnavit, at, fracta seditione, capite damnatus, vix potuit in Galliam aufugere, tandemque Genevae in



Picturae in aedibus Ss. mart Ioannis et Pauli (fig. B).

Helvetia requiescere. Sed novis exortis motibus anno 1868, iterum in patriam reversus, libertatem reipublicae mira eloquentia propugnavit, qua tamen cum populari illi regimini minime victoriam obtinisset, in Amadeum ex domo Sabauda ad Iberias thronum advocatum acerrime invexit, quoque ille regno se abdicavit.

Tunc Gaditanus orator, libertate restituta, ad summam novae reipublicae gubernandam electus est; et quo magistratum tenuit tempore, non pauca optimo consilio ab eo patrata recensentur: servorum in ibericis coloniis libera iura acerrime vindicata; Cubae insulae seditiones virili manu repressae. Verum in Caroli regis asseclas non eadem fortuna bellum duxit, usquedum anno 1874, exortis vel inter reipublicae magistratus oratoresque discordiis, a summo munere est pulsus.

Mox instaurata a Martinez Campos duce regali potestate, licet semper ad comitia ut populi orator rediverit, publicis tamen negotiis remissius aliquantulum operam dedit, at eo magis studia litterarum excoluit.

Nam praeter suavissimam illam ac numquam deficientem facundiam qua natura donatus fuerat, animo ad motus prono, cogitandi fervidissima vi augebatur, ita ut ingenuas artes omnes mira felicitate persequeretur. Igitur et de philosophia optima edidit opuscula, et litterarias fabulas et versus aliquando etiam dulcissimos. Erat enim pulcritudinis omnis ardens amator, Italiisque hanc nostram ea praecipue de causa peculiari affectu complectebatur, quod tantos tamque insignes artifices genuisset, ac tantis artis operibus fuisset ditata.

Extremos vero vitae annos nonnisi calami questu ducere ei licuerat; nam undique, at praecipue ex universa meridionali America, quae tota nonnisi iberica lingua insonat, ac genitis iberico sanguine populis incolitur, dissertationes atque orationes ab eo

indefesse expetebantur in ephemeredibus vulgandae.

Popularem fidem deseruit numquam; in ea namque unam patriae salutem repositam arbitrabatur; cuius praecipue fervore successus, iterum iam, post tot annos, in civele agonem descendere sese parabat, cum ingravescente morbo morte est correptus. Cui profecto novos stimulos viresque novas postrema addiderant patriae infornia, quam tanto semper fervore dilexerat. His omnibus vero haud minor christiana religionis fides fuit quam veluti primum ac pretiosum acceptum a maioribus donum alte semper in corde servavit, memorans ibericas laudes omnes non nisi Cruce partas fuisse. Cuius solatiis inter supremi agonis dolores recreatus, spiritum pie efflavit, quem profecto et si quis arbitretur erroribus nonnullis interdum fuisse obnoxium, quod humanum est, nemini tamen negare licebit, letissimum fuisse ac apprime suavem, atque inter delabentis huius saeculi viros, qui civilibus rebus eminuerint, integrum piae omnibus ac nobilissimum.

A. COSTAGGINI.

### VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

**Ioannes Aloisius Lays** tormentum bellicum illud, cui torpedo nomen, primus invenit. Postquam foederatos americanos cives suos hoc invento in secessionis bello plurimum iuvit, Europam petit, et, maxima mercede pacta, Russorum aliorumque civitatibus illud communicavit; cum vero in posterum bene coepit ipsi male cessissent, vitam in paupertate Neo Eboraci absumpit.

Lutetii Parisiorum brevi morbo correptus est **Franciscus Sarcey**, doctus atque intelligens litterarum simul et rerum aestivaliorum, qui, etsi non integro, exquisito tamen judicio multa in commentariis atque ephemeredibus scripsit, de ludicra arte praesertim, cuius mira in eo historica scientia fuit.

In Gallia pariter **Henricus Bocque**, laudatus dramatum scriptor, et **Rosa Bonheur**, in arte pingendi foemina clarissima, mortui sunt.

**Petrus Esseiva**, olim Friburgi index et summi imperii particeps, arma cum litterarum studiis sociavit, ut clarus latinorum carminum scriptor evaderet. Nonum supra septuagesimum agens annum, naturae domi concessit.

**Paulus Majunke** Hochkirch oppidi in Germania Parochus, ibique decessit. Quondam populi orator in publico Germanorum coetu Reichstag catholicorum iura contra Bismarckium, imperii cancellarium, legem, quam Kulturkampf appellarent, fermentem, concrationem plenis disputationibus ita tuitus est, ut vincula quoque passus sit, de vi in regem et administratos accusatus.

De **Aemilio Castelar**, hispanico viro in litteris et re publica apprime versato, pariterque oratore clarissimo ac poeta, superiorius in commentario hoc peculiariter disseritur.

**Ioannes Strauss**, qui Vindobonae obiit die huius mensis Junii tertia, nervorum et tibiarum cantus innumeros compositus, populari aura ubique terrarum donatos.

C.

### FRUSTULA

#### De mense Junio.

CUM de mense Maio sumus locuti, etiam Junii mensis, auctore Ovidio, nominis originem proculimus: id tantum addere placet, nonnullos scriptores, satis apto quidem argumento, ab Iunone duxisse, quae ipsis kalendis sacris coleretur. Verum si omnia hoc mense apud Romanos solemnia recensere velim, longior sim; ideoque eorum, quae maioris momenti habita sint, finibus tenear.

¶

#### Mensis Junii apud Romanos solemnia.

Primum festum III non. occurrit Bellonae honori dicatum, quo die eius cultores Urbis vias concursabant, sica pectoris carnes et brachia et crura sibi vulnerantes, eoque magis quo....pactam mercedem sacerdotes maiorem largirentur. Fidii numinis, Iovis filii, semipatrisque habitu et sancti, sacra sequebantur, a Sabinis instituta, de quibus Ovidius testatur:

*Quaerebam nonas Sancto Fidio ne referrem,  
An tibi, Semipater. Tunc mihi Sanctus ait:  
Cuicunque ex istis dederis, ego munus habebo;  
Nomina terna fero: sic voluere Cures.  
Nunc igitur veteres donarunt aede Sabin:  
Inque Quirinali constituere iugo.*

vi vero id. dupli pompa recolebatur; altera Pisatoria, in qua, trans Tiberim acta, Vulcano ex vicino flumine piscium, viventium adhuc, sacrificia fiebant, ad vita functorum piamen; Iovi Pistorio seu Panario stata altera. Nota fabula est: cum Romani in Capitolio Gallorum obsidione cingerentur, secundum quietem deorum et hominum patrem iis visum esse, monere ut fruges, quas haberent, colligerent atque panem conficerent, eumdemque in hostium castra proicerent. Hos revera se fame Romanos haud devincere posse ratos, abiisse.

¶

#### Altii mensis Junii festi dies.

At

*Idibus invicto sunt data templa Iovi;*

quae autem Statoris Iovis solemnia una cum natali Musarum die Quirites sociarunt, ferme paeclarata: tibi cines enim per Urbem late festivo concentu nuntiare, populum congregari, ad templum concurrere, ut flamini adessent vervecem hostiam immolanti. Neque tamen una haec templorum dictatio celebrata est, cum et Concordiae illius fani celeberrimi, die XVI kal. Iul., in more posita fuerit. Denique v kal. Iul. sacra constituta Larium, non victimis oblatis, sed remissis epulis silenter actis, cibisque ex hordeo, mola, vino saleque tantum inter se subactis.

¶

#### Nova viarum irrigandi ratio.

Haud inopportum equidem ineunte aestate, quam virorum collegium commercio vacans in americana urbe cui a Sancto Francisco nomen, nuper vias irrigandi expertus est, rationem afferre. Aqua scilicet marina usi sunt, quam complures utilitates allaturam praedicant. Sales enim omniaque quibus aequora saturantur, vaporata licet solis calore aqua, terrestrem intra viae lapides limum ita constringere dicunt, ut pulverem inde suscitare nec ipsi Aquiloni facile sit. Praeterea, quo lentius maris humor, quam potabilis aquae exsiccatur, ita ad longius tempus eius beneficos effectus perdurare. Quibus id etiam addendum, sal per vias exsiccatum, aeris udorem noctu ita absorbere,

ut summo m  
omnes per vi  
dique madean

#### Utilia.

Oculis def  
Omnibus,  
oculorum acie  
americanus ep  
obtulit. Qui c  
coloribus, circa  
ita convalluisse  
vitaverit, sed p  
ptus sit.

#### Iocosa.

Fatuus quid  
ubi opus music  
minimam specta  
dimoto, cum cho  
vos estis - inqu  
festinetis, omni

#### AMERIC

**R**OMAE, in c  
porum Am  
28 elapsi mensis  
spere plerumque  
archiepiscopi, al  
Summo Pontifice  
libere dicere Patr  
cardinalis ab eo  
precibus exoptau

Sessionum rit  
tam a Patribus int

Patres, praelati  
ctuum supplication  
cui celebrandi fuis  
tibus omnibus, eq  
quisque loco Patri  
omissa vero bene  
sacras vestes exuit  
rubrum sibi pluvi  
riter sacris vestium  
num *Veni, Creator*  
ostia expulsis c  
ex Patribus sermo  
bunali decreta pub  
promotor formam  
disquisitio, et suffi

Si sessio man  
dianas horas habet  
cretario decreto a  
verbini benediction  
discidunt. Cum ve  
praesidi adstat, Pa

In postmeridian  
namque una orati  
citur: cetera eoc  
peraguntur.

*Bene si an  
Ut potius*

*Ea est profecto in  
et ipsi in laude vixer*

ut summo mane, nullo homine irrorante, lapides omnes per viam strati, veluti nuperrime irrigati, undique madeant.

¶

**Utilia.**

Oculis defatigatis remedium.

Omnibus, qui assidua legendi vel scribendi opera oculorum aciem aliquantulum offensam queruntur, americanus ephemeridum scriptor quidam remedium obtulit. Qui cum chartulae taenias, varii distinctas coloribus, circa atramentarium conglutinasset, easque, quoties atramentum hauriret, respxisset, breviter se ita convaluisse asserit, ut non solum conspicilli usum vitaverit, sed pupillarum vim longe validiorem adeptus sit.

¶

**Iocosa.**

Fatuus quidam cum theatrum quoddam adiisset ubi opus musicum habebatur, in cavea sedit atque minimam spectantium frequentiam mirabatur. Aulaeo dimoto, cum chorus canere cepisset, furens: «Furciferi vos estis - inquit - qui cum aula semiplena sit, ut festinetis, omnes simul cantus funditis! »

FORFEX.

**AMERICANI CONCILII RITUS**

**R**OMAE, in collegio Pio Latino Americano, episcoporum Americae latinae conciliares sessiones die 28 elapsi mensis Maii instituta, quotidie mane et vespera plerumque habentur, quibus ut tredecim qui adsunt archiepiscopi, alius post alium vicissim praesint, a Summo Pontifice indultum est, quo in utramque partem libere dicere Patribus magis commodum sit, quam si quis cardinalis ab eo delegatus, uti erat in Patrum oblatis precibus exoptatum, praeses.

Sessionum ritus, post excussam iam atque approbatam a Patribus internam actorum legem, ita sese habent.

Patiens, praelatitia veste induit, in aulam sacrorum amictuum supplicationum forma procedunt. Tunc episcopus cui celebrandi ius est, sacro se ornato induit, ac, sequentibus omnibus, ecclesiam ingreditur. Ibi, adstantibus suo quisque loco Patribus, Missam celebrat de *Spiritu Sancto*; omessa vero benedictione, iterum in sacristiam reddit, ac sacras vestes exxit. Tunc sessionis praeses altare ascendit, rubrum sibi pluviale obducit, dum ceteri suo loco pariter sacris vestiuntur. Deinde post illum Ecclesiae hymnum *Veni, Creator Spiritus*, quem omnes concinunt, iis ab ostiariis expulsis quibus adesse nullum est ius, aliquis ex Patribus sermonem habet; post quae in praesidiis tribunali decreta publicanda deponuntur. Horum vero Pater promotor formam ad rem constituit; atque insuper fit disquisitio, et suffragia colliguntur.

Si sessio mane haud absolutur, alia ad postmeridianas horas habenda constituitur; tunc, perfecto a secretario decreto de *discessu*, praeses nullum proferens verbum benedictionem signo crucis impertitur, omnesque discedunt. Cum vero iam absoluta sessio sit, diaconus, qui praesidi adstat, Patres ad orationem mentalem invitat, post quam praeses solemnem benedictionem pronuntiat.

In postmeridianis sessionibus initium tantum differt; namque una oratio: *Adsumus, Domine, etc.* a praeside recitatur; cetera eodem ritu, quem supra memoravimus, peraguntur.

X.

Bene si amico feceris, ne piceat fecisse,  
Ut potius pudeat, si non feceris.

(PLAUT. Trinum.)

Ea est profecto iucunda laus, quae ab iis proficiscitur, qui et ipsi in laude vixerunt.

(CIC. ad Marc.)

**ANNALES**

Deportatio in Siberiam abrogata - Amicitia inter Americam Iberiamque instaurata - Carolinarum insularum cesso - Guadalupenses seditiones - Bellum ad Philippinas - Pax in insulis Samoa - Macedoniae perturbationes - Cretensis - Dreyfusiana.

**A**uspicium ab ipso Russorum Caesare, qui comitia de pace tuenda indixit, felicissimum exemplumque magnanimitatis prolatum, omnes laetos his diebus fecit, abrogata nempe imperiali edicto deportationis in Siberiam poena, qua et felicitati miserae illius regionis, tot iam a saeculis facinorosorum hominum coloniis deturpatae, sapientissime consultum est. Hoc modo populi vota, avique sui desiderata imperator adimplevit.

★

Huic perbello consonat nuncius nuper acceptus de politicis, uti aiunt, relationibus inter Americam Iberiamque redintegratis; die enim huius mensis Junii quarta D'Arcos comes Hay Americanorum administrum ac Mac Kinley praesidem salutavit.

★

Interea de insulis Carolinis, Mariannis et Palaos, quas Iberi tenebant, immutata sors est, cum eas Iberia Germanico imperio tradiderit; inde concessa vicissim multa ad commerciorum inter utramque nationem facilitatem, statutisque hinc inde minimis vectigalibus ad negotia simul et amicitiam confirmandam.

★

At videntur interdum Gallorum properare vices, ut ex insula Guadalupe, quam in Antillis possident, expellantur. Dum enim tot ac tanta perturbationes domi flagrant, insulam omnem barbarorum turmae, opportunitatem nactae, percurrunt pagosque et sata igne pessundant; et quod pessimum est, haud satis multae militum copiae ibi morantur, quae ad coercenda huiusmodi crimina valeant.

★

In Philipinis bellum, quod proxime absolutum iri videbatur, iterum exardescere novimus, et dum ultimi Iberorum milites una cum Rios duce in portu Manilla navim condendunt in Iberiam reddituri, barbari Zamboanga urbem occupant: rumoris autem qui de Aguinaldi nece insonuerat nulla est confirmatio.

★

Apia in urbe Samoa insularum capite convenerunt tandem legati, ad civile bellum inter barbaros exortum componendum, Sir Elliot anglus, Sir Bartlett Tripp americanus, Von Speck germanus. Mataafa rex eorum iussis sese paratum professus est, at ab armis non recessum, nisi Mallietoa, alterius partis rex, primus exemplum dederit.

★

Verum Europae pacem haud minus gravia perturbant: Macedones enim, qui fines Bulgariae prope Thessalonicam incolunt, armatas copias instruunt, ut patriam pervadant atque populos contra Turcas ad arma excitent; quorum altera manus Turcarum militibus occurrit, a quibus post acrem pugnam in fugam versa est.

★

Creta in insula initam in Georgium principem coniurationem fuisse fama est, pluresque Turcas, qui eius participes fuerant, fuisse pulsos.

★

Dreyfusiana interea miseranda illa quaestio Gallicum agitat. Dum enim hinc Gallieni dux a Madagascar insula rediens, inde Marchand a Fashoda heroico facinore Massilium tenent, atque hunc praecipue Massilienses ovantes accipiunt Lutetiisque cives omnes militesque splendidis festis salutant, supremum tribunal sententiam de processu Dreyfusiano edidit, ac damnati ducis redditum constituit, ut coram militum alio tribunaliter eius causa examinetur, quam propterea irrita cognitam anno 1894 fuisse declaravit.

*S*ax igitur navigium designatum, ut insulam quam Diaboli vocant appelleret, reumque ad Brivatum portum deduceret. Acerrimae inde exortae contrariae parti irae, quae exercitus vituperatum esse honorem huiusmodi sententia contendit: hi a Droulede praecipue excitati, qui absolutus nuper a perduellionis accusatione et vinculis est liberatus, et monarchicis, uti videtur, fautoribus aucti, die mensis quarta, dum reipublicae praeses Loubet prope Auteuil hypoco spectaculo adest, excitata clamoribus seditione circa praesidis peristylum, in ipsum impetum fecerunt, eorumque alter, cui Christiani nomen, iuvenis ex optimatibus notissimus, eumdem baculi ictu aggressus est. At custodibus tum ex equestri tum ex pedestri militia statim concurrentibus, capti plerique sunt ac in vincula coniecti: praeses vero illaesus omnino evasit. Sequenti die, in comitiis popularium oratorum acerrima de his contentio est exorta, et legislatorum omnium in summum reipublicae magistratum obsequi protestatio edita est, et, quamvis multis adversantibus, sententiam de Dreyfusiani iudicii recognitione per municipia totius Galliae solemnii forma publicari est constitutum. Horum omnium autem qui finis erit difficultum divinationi est, nec aliud interdum restat, nisi quod catholicis Gallis omnibus commendetur, ut iterata nuper a Summo Pontifice in literis ad Bituricensem episcopum consilia, fideli animo amplectantur, seque omnino a civilibus furoribus ac discordiis servent immunes.

POPULICOLA.

**PUBLICI PER ORBEM COETUS****LEGIBUS FERENDIS**

**I**n Anglia Chamberlain de perturbationibus africanae reipublicae Transvaal multa in coetu municipum explicavit, ut civium anglorum, qui eam incolunt, honorem tueretur; nunciavitque iam colloquium inter eius praesidem Krueger et Milner Anglorum legatum statutum, ut obortae controversiae dirimerentur.

In Austria popularium oratorum comitia iterum congrega proxime nunciantur. Bina praecipua negotia legislatoribus manent; concordia cum factione illa quam Germanicam vocant, ac duplicitis cum Hungaria pactionis renovatio. Germanici enim sibi proponunt, et statutorum imperii fidelem observantiam et germanicam linguam ad totius imperii usum lege constituere, commerciorumque foedus cum regnis centralis Europae inire. De pactione vero cum Hungaris nonnullae difficultates exortae sunt; non omnes enim condiciones, quae in ea decernuntur, ad idem tempus perdurare hinc Austriacis, inde Hungarum placet. Quibus de causis ipsum Franciscum Iosephum imperatorem Heracliam petiisse novimus, ut partes ad concordiam perducere.

In Belgica de ferreis axibus ad currus, quos tramways vocant, inter municipia per vias sternendis lex primo examine approbata est. Lex insuper de emendando ritu ad oratores populi eligendos multa obstacula in utroque coetu sibi suscitavit, quae et inter catholicos, qui veterum institutionibus student, sautores sibi invenit multos; contra, qui inter socialistas pugnant, acerrime adversantur.

In Bulgaria comitiorum nova sessio a Ferdinando rege instituta est, lecta oratione qua de publico aerarii aere alieno nonnulla cavenda proponuntur.

In Gallia summa expensarum ad res bellicas terra marique coram utrisque comitiis examinata. Interim Bissexil ex senatorum coetu rogationem obtulit, ne quis in posterum administris officium una cum popularis oratoris munere cumulet. Boudonot populi orator de expensarum summa absque tot publicarum rerum mentione atque breviori stylo examinanda aliam protulit. Guillemet vero novi consiliis auctor fuit, ut servidissimorum potum confectio reipublicae privilegio tribueretur, utque pessimo eorum usui, qui tam nefaste in civibus quotidie magis convaluit, fraenum imponeretur. Lex ad hunc finem, quamvis multis frusta obstantibus, lata est. Agendum vero proxime esse de coloniali exercitu putamus, iuxta promissiones a militarium rerum summo administro editas. Gravissima autem videntur quae nuperrime nunciata sunt de agitatis comitiorum sessionibus, ob publice exortas in Loubet reipublicae praesidem seditiones; Dupuy, administratorum princeps, cui negata est fides, munus abdicavit.

In Germania oratores populi, qui a suo coetu delegati fuerant, ut oblatum consilium de canali effodiendo inter Rhenum atque Ilvam flumen sedulo examinarent, illud respuerunt. Interea ad opificum atque operis libertatem tuendam rogatum est, ut adversus omnes, qui vel minime ad desertionem incitare concivium animos ausi fuerint, gravissimae poenae constituerentur.

In Helvetia coram foederali propositum Consilio ab administris est de adscribendo reipublicae privilegio circa culturam nicotianae foliae eiusque confectionem, ut, quod ex lata nuper lege de morbis opifiscum publice cavendis atque redintegrantis, acceptum ab aerario detrimentum est, minuatur.

In Iberia novorum oratorum sessionibus oratione perlecta a regina imperium regente solempne initium datum est, et Pidal praeses popularium oratorum adlectus. Rerum autem militarium minister Polavieja rogavit, ut exercitus, addita singulis pedum legionibus alia cohorte, ad trecentum millia militum numerum augeretur.

In Italia coram popularibus comitiis lex de civilibus cautelis contra licentiam statuendis, auctore administrorum praeside, omnibus aliis praetermissis quotidie agitatur; at, qui in extremis laeve subselliis sedent, legi et gubernantibus adversantes, eius discussionem protrahere quibusvis arreptis causis conantur, ut quam serissime appetetur.

In Norvegia lex de augendis expensis ad militiae res terra marique confirmandas est constituta.

SCRIBA.



### QUAESITIS RESPONSIO

**Q**UAERENTI in numero huius commentarii X an. II nova nomina quaedam in latinum sermonem usumque ducenda, haec propono, si placent, iuxta petita:

1º Quomodo vocabimus naves, quae vapore in altum rapiuntur?

2º Quanam appellatione designabimus locatias pro peregrinantibus?

3º Quanam classiaris seu bellicas?

4º Quid de iis, quae variis inter se muneribus in pugna deserunt?

**A**d 1º — Non abeundum credo longius ab ipso vocabulo, quod praesens et recens usus apud omnes sere populos invexit; facilius enim intellectu est quod idem ferme sonat ac eloquium commune, et quod in connubio vocum, quibus constat, quamdam rei definitionem includit.

Hinc naves omnes, in genere, quae vapore per altum rapiuntur, mallem vocari *pyroscaphae*, feminae generis, a latino vocabulo *scapha*, *ae*, et a

graeca voce πόρος (έσ) quae indicat agentem intus ignem vapores centem.

Satis pariter distinguentur hoc nomine ab iis *linteatae* naves, quae carbasis, non vapore, moventur, et quas, ubi placuerit, *veloscaphas* dixeris.

**A**d 2º — Prona ex dictis modo sternitur via, ut subsequenti interrogationi satisfaciam.

Nam, quae locatiae naves, aut mercibus commutandis addicuntur, aut hominibus vehendis, aut utrisque. Si primum erit, *pyroscaphas*, aut *veloscaphas onerarias* dices, iuxta constitutionem navigii et navigandi modum; si alterum, *pyroscaphas vectorias*, aut *veloscaphas vectorias*; *vector* enim apud Ovidium idem est ac *peregrinus*, qui a loco ad locum vehitur equo, curru, lectica, quomodolibet denique; si tertium, uteris vocabulo cui maior pars oneris cedit; ita ut si praestent merces, *onerariam* dicas navim; *vectoriam* si peregrini.

**A**d 3º — Classiariis seu bellicis navibus sacrum volo nomen, quod olim habebant, addito tantum quod sufficiat ad indicandum si vapore nunc, vel electride, quae apud Americanos nuperrimo bello invalidit, per aquora deferantur.

Dicam igitur *pyroliburnas* istiusmodi naves, si vapore; *electroliburnas* autem, si electride rapiantur.

Monet me quippe Procopius, sive alius qui sit auctor operis, quod inscribitur *Descriptio dignitatis utriusq. imperii*, esse, immo fuisse apud Romanos bellicarum navium genus, quae *liburnae*, aut *liburnicae* appellabantur, celerrime per mare abeuntium non velis, non palmulis, sed duabus hinc inde ad latera rotis actarum, quas arcana quaedam vis interior praecipites agebat; tantusque impetus erat fulmineo navigio ut, si in onerariam navem incidisset, medium divideret quasi acus per pannum, inter disiecta ligna pertransiens (1).

Est huiusmodi navium recordatio apud Suetonium in *vita Augusti*; est in illo carmine Horatii, quod incipit:

*Ibis liburnis inter alta navium,  
Amice, propugnacula;*

est et alibi; sed festinare ad finem nunc praestat.

**A**d 4º — Navium ceterarum genus a propriis nonminibus, quae nunc sunt, non separabo. Sint *speculatoriae naves*, de quibus Livius (XXXIV, 42): « Ceterum classem Polyxenidam parare et deducere iussit. Speculatorias naves ad omnia exploranda circa insulas dimisit ». Sint *torpediniferae*; sint *silurifaculae*, sint *actuariae*, idest maxima molis, de quibus Livius idem (XXXVIII, 38): « Ne plures quam decem naves actuarias, nulla quarum plus quam xxx remis agatur, habeto »; sic in foedere, quod P. R. victo dedit Antiocho. Sint *loricatae*, sint *balistariae*.

Vindicit sibi aetas nostra quod suum est, det sermo latinus quae habet nomina novis ad inventis; at haec, fere nullo labore suo, e thesauro sponte proferet, ut videtis.

H. DE VECCHI-PERALICE.

### LIBRORUM RECENSIO

**I**OANNIS BAPTISTAE MOSCATI *Elegorum liber*, S. Aniceti Consentinorum, a Gregorio Moscato fratris f. editus, nostras venit bono alite ad manus; nosque suavissima Calabri huius poetae carmina, magna cum voluptate legentes, quo par erat honore laudavimus. In iis quippe numerus dulce sonans, et linguae latinae dominium, et in ipsa abundantia brevitas, et illud nescio quid indoli mitissimae proprium, quo delicata animae sententia

(1) Vide etiam *VASLET*, editio Neapolit. 1770, pag. 33.

promittit divite vena verborum. Ovidiana facilitas ac Tibulliana suavitatis uno copulantur amplexu, quibus neque colores desunt nativae gratiae, neque romanae musae maiestas. Estne uberrimae regioni insita virtus, ut quae pleraque latinitatis lumina ediderit, aluerit, vel hunc Moscatum talibus brevi non imparem futurum et edat et alat?

Quod bonum, faustumque sit, literisque nostris benvertat, hoc de Moscato speramus.

RAPHAEL COLANTUONI, ex Eremitanis sancti Augustini, historiam nuper confecit romani illius templi ad moenia Urbis, cui nomen **Sancta Maria de Populo**, quam Romae prodidit officina Desclée, Lefebvre et Sociorum. Si sacrarum aedium originem spectes, flagitante populo, consecrante Pontifice ad sepulcrum Neronianum editae sunt, ut triste canentes noctu dieque volucres, ac Tartareum quoddam paeferentes averterentur; unde nomen Populi imagini sanctae fuit. Si casus et vices in tauris, est perpetuis illustris solum prodigis; si denique locum, omnis, in eo augendo, penitus effusa vis optimarum artium, omnis optimorum artificum industria, veneres omnes in eumdem collatae. Siquidem, ipso Urbinate Sanctio non excepto, quotquot architectorio, pictorio, sculptorio opere viri fuerunt insignes, totidem ingenii, manusque portenta hoc in templo cumularunt; idque non saeculo, nec saeculis, sed ab anno 1099, Paschale II pontifice, ad nostra usque tempora nuperrima.

Multa de artibus in hoc libro, multa de viris, qui intra aut circa fuere, narrantur, de historicis multa. Denique additur inscriptionum, quae ibi sunt, liber.

Plenum eruditiois, et notitiarum opus, nec ingratum, nec leve.

H. P.

### AENIGMATA

I.

**Deme caput:** reliquum cunctis sit semper honestum. Oh **pectus miserum!** retinent quod vincula solum. **Crura capit** famulus, perstat qui subditus hero. **Tolle pedem:** reliquo coram ne retia tendas. Configuum est **totum** puero fletu ora riganti.

II.

**Sis totus;** sine **cauda alter**, reminiscere **primum**.

C. MANCINI.

**Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus gallice scriptum et figuris ornatum, cui titulus:**

L'ÉGYpte

SOUVENIRS BIBLIQUES ET CHRÉTIENS

par M. JULLIEN.

Aenigmata ann. II, n. VIII proposita his respondent:

1. Cur-rus. 2. Malus - Malum - Malam.

Ea rite soluta miserunt:

Quintinus Friulanorum, ex sem. episc. Cupersani; A. Huza, Grybbw in Galicia; I. A. Scheider, Monachio; Ed. Bianco, C. Mancini, Roma; L. Clugnet, Fresnes les Rungis; Aug. Narquet, Monteloco in Gallia; G. Schenz, Ratisbona in Bavaria; Ioan. Mediolanensis, ex pago Masnagio; Aem. Chatelain, Lutetiae Parisiorum; Ant. Jaklic, Tergeste; Ioan. Sobczynski, Wloclawek; Ios. Rokoszny, Sandomiria in Polonia; H. A. Strong, Liserpalio; I. I. Dunne, Dublino; Ios. Capovin, Montebello Vicentino; Nic. Stella, Auxano; Ad. Artioli, Ferraria; Principal Gordon, Manuria; Iac. Sullivan, Brooklyn in civit. foed. Americae sept.; A. Sordet, Uvrier in Helvetia; Caes. Meucci, Neapoli; H. Lebevre, De Lorimer in Canada; Ver. Cariolato, Vicentia.

Sortitus est praemium:

H. LEFEBVRE,

ad quem missum est opus, cui titulus:

LES CHINOIS CHEZ EUX

par J.-B. AUBRY.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

ana facilitas ac Tiplplexu, quibus neque omanae musae maiestus, ut qua pleraque et hunc Moscatum et edat et alat? erisque nostris bene-

itanis sancti Augu-  
ani illius templi ad  
**Maria de Populo**,  
é, Lefebvre et So-  
n spectes, flagitante  
culcrum Neronianum  
dieque volucres, ac  
tertentur; unde no-  
i casus et vices in-  
rodiigis; si denique  
tus effusa vis opti-  
artificum industria,  
siquidem, ipso Urb-  
chitectorio, pictorio,  
es, totidem ingenii,  
ularunt; idque non  
9, Paschale II pon-  
rrima.

ta de viris, qui intra  
cis multa. Denique  
liber.  
opus, nec ingratum,  
H. P.

A

emper honestum.  
l vincula solum.  
subditus hero.  
etia tendas.  
ora riganti.  
cere primum.

MANCINI.  
matis interpreta-  
em miserint intra  
tis accipiet opus  
m, cui titulus:

HRÉTIENS

ca his respondent:  
im - Malam.

Cupersani; A. Huza,  
onachio; Ed. Bianco,  
es Rungis; Aug. Nar-  
atisbona in Bavaria;  
em. Chatelain, Lutetiae  
obczynski, Wloclawek;  
A. Strong, Liserpalo;  
ebello Vicentino; Nic.  
ncipal Gordon, Man-  
ed. Americae sept.;  
cci, Neapolis; H. Le-  
olato, Vicentia.

EUX

PI, iurisperitus.

et Socii.

## PER ORBEM

Navigium, quod inaudito portentu perculsum medio itinere in superiore numero reliquimus, potuimus tandem animo refecti iterum in viam compellere; iamque pandebantur desfatigato nauiae Si fluminis orae intra Sinensium litora, cum repente cymba quaedam occurrit flavo remige pulsa, divinitus fere ad nos missa, qui exterritus adhuc nunciavit anglicam aliam **navim a Sinensium piratis captam fuisse**, ac direptam, in medio fluminis cursu, ideoque a suscepto consilio nos omnino deterruit.

¶

Itaque nonnisi in reditu ad Europam citissimo salutem sperantes, **inhospitalia maria** linquamus, eoque magis, quod a barbaris ex Philippinis insulis undique profectis ea insectari neverimus. Literae enim iam prope Hong-Kong ac rursus telegrammata nunciarunt **bellum nondum remissum**, immo et ipsius seditionis ducem Aguinaldum, vel sicariorum ferro, vel sua ipsius manu, interemptum.

¶

At quo fato, dum bellum effugimus, geminae calamitates **pestis famesque**, quasi sorores furiae circum undique ab appulsu deterrent? Dum enim Erythraeum mare transimus, pestilentiae casus teterimi ex Cairo civitate exaudiuntur. Morbus quem aestuentes pietate Mahomedi prophetae asseclas ex Meca urbe, quam sanctam appellant, peregrinantes solent secum ferre, Aegypti provincias in deserti limine iam pervasit, ac finitimas minitatur. Inde arctissimae statutae custodiae; navigia omnia, quae forte infecta litora attigerint, retineri, nullique navi per fretum Suez transeunt commercium cum illis permisum. Admota itaque quae maxima inest vaporis vis, velocissime effugiamus, et in internum mare progrediamur. Hic tertii atque horrendi inforni nuncius famis, quae in Russorum imperio nonnullos populos per Kasan provinciam ita plectit, ut ad viginti millia hominum ea laborantium adnumerentur, quorum nullus alias est cibus, nisi arborum cortices, vel, miserabile dictu!, panis quidam foedissimus equinis escrementis ac terra simul subactus.

¶

Interea dum a proximis Turcarum militibus in Armeniae regionibus assueta **crimina** patruntur, ex Creta insula extremae velutum Italorum **cohortes** inter ovantes populos proficiuntur. Georgius et regia domo graeca duces in suas aedes salutatum ad conviviam advocat, pluresque, qui inter seditiones strenua virtute claruerant, memori numismate decorat.

¶

In Germanici imperii portu Kiel loricatum bellicum navigium, cui a Vilhelmo Iº imperatore, qui Magnus appellatur, nomen inditum, nuper rime mare est ingressum. Publicas solemnitates germanicus ipse Caesar suo adspectu solemniores reddidit, ac lectissimam orationem dixit, qua avo suo conditi Germanici imperii gloriam tribuendam praecipue memoravit.

¶

Religiosae discordiae quibus Anglia agitatur ob renascentem in Anglicorum animis impium in Ecclesiam Dei furem, quem nimis convaluisse, postremis praecipue annis, iam sentiunt, in oppido Peckanhall repente exardescere visae sunt. Aliquot enim ex iis flagrantiore animo accensi, Catholicorum supplicantem pompam,

quaे oppidi vias lustrabat, facto impetu aggressi sunt; incassum tamen: Catholicorum enim virtus ac pietas, cum in imagines sacras vim intentatam vidissent, coacto agmine strenue eas defenderunt, ac stultos aggressores verterunt in fugam.

¶

Tristia haec ferme sunt; at interdum letalem calamitatem gravi quidem luctu in Britanico fretu accidisse novimus: *Paris* namque navigium illud, cuius nomen in nuper exacto Iberos inter ac Americanos bello tanta laude insonuit, et quo praecipue Americanorum optimates ad itinera in Europam passim utebantur, prope Mohegan scopulos, quos Victor Hugo in fabula cui titulus *Les travailleurs de la mer* tam notos fecit, miserrime perit; viatores nautasque, quos ad septingentos supra mille vehebat, omnes oceani fluctus obruerunt.

Leniorem sortem, quamvis haud levius periculum, *Alexia*, Massiliensem navis, experta est, quae, a Panormo in Americam profecta, cum incendium sulphuris, quo onerata fuerat, excitatum sensit, statim Berberiae portum tenuit. Exstincto incendio, nonnisi adustiones nonnullas quaē alicui ex viatoribus contigerunt, conquerimur. Tripolitani contra interea cives adhuc exspectant navem a Turcarum rege missam, cui Mohammed nomen, quae tormentis bellicis omnis generis onusta, Cretam inter et Benghasi horas furenti procella correpta, repente demersa est.

¶

His naviorum casibus **vaporitraharam fata** haud dissimilia cesserunt; nam prope Waterloo, in Iowa septentrionali americana republica, curruum series e tramitis aberrarunt, ut viatores octo interempti sint.

Quibus ferme perpensis, non singulare nimis Caesaris Pascarella, Romani nostri in populari vernaculo clari poetae, mihi videtur consilium, qui itinera pedibus semper perficienda sibi proponit. Ecquid vobis, humani lectors?

VIATOR.

## VARIA

Athenaei praeses natu minimus.

In Americano septentrionali foedere inque West-Virginia republica, Hieronymus Raymond, vix triginta duos annos natus, athenaeo praest. Hic olim, duodecimum vix agens annum, per Chicago vias ephemeras vendebat; at cum cattissimae illius scribendi artis quam *stenographiam* vocant, paulatim peritissimus, ultra quam par est, evasisset, ab illo Puilmann, qui ferrearum vehum quasi princeps agnoscerit, a secretis est advocatus, ac paulo post a domina Willard, quae, cum inter primos muliebris mancipations, ut aiunt, apostolos adnumeraretur, epistolarum commercium latissimum undique agendum habebat. At quot vacuae sibi ex tanto labore horae superessent, eas omnes iuvenis studio ducebat, ita ut breviter altiores scholas adire ei licuerit: quarum inter discipulos primus forte evasisset nisi puella quaedam anteiret, quam Raymond statim duxit uxorem. Hanc hodie non uxorem tantum, sed in athenaei fatis regendis sociam habet.

¶

Ephemeridum scriptorum fata.

Ephemeris quadam hebdomadaria, quae in Serbia vulgatur, duabus abhinc annis sexdecim usque moderatores commutavit; horum vero quindecim primi cum de gubernantium gestis minus

benevolam scripto existimationem prodiderint, in vinculis coniecti sunt, ultimus, haud dissimili causa, proxime eos secutus est.

I. A.

\*

## Domus polis.

Nova vox novae rei, immo tali quae in ordinem, et consuetudines notionum fertur aversa. Quid enim antiquius quam constare domibus urbem? Iam nunc invertamus, dicentes domo constare urbes, et ipsum invertamus Horatium, vitae magistrum, cuius versus ita emendabimus:

..... *Audax omnia vincere*

*Gens humana movet per vetitum.*

Neo-Eboraci in America domus adstruitur bis centum, superpositis tabulatis, ordinibus constantis, in quibus millia quadringtonita habitatorum apte contineantur. Duodecim metrorum millia in quadro occupat, noniginta metra assurgit a solo; locus illi est inter V ac III Avenue, et inter vigesimam secundam et vigesimam tertiam Street. Architecti habentur Harding et Cooch; domus excitor impendio pecuniae, quidam americanus Cresus. Muri quinque metris lati interius lamina chalybis, exterius caemento instruuntur. Machinae, quas ascensores vocamus, a culmine ad imum innumerabilem populum per ordines transferent; nam rite per unumquemque ordinem disponentur caenacula, barbitonores, sutores, fabri lignarii, pictores, mercatores omnigeni, et officies omnes qui scalpro, qui ferro, qui auro, qui aeneis dent operam.

Res iam in facto esse coepit, et hic dum scribimus, illic aedificatur nova turris Babel, quam *domus-Babel* (*Babel-House*) adstruentibus placet nuncupare. Credo equidem, quia ista congregat quos illa divisit.

\*

Quid necesse sit  
spectantibus curationem leonum.

Nouam Hava, viraginem belluis dominantem, quisnam nostris diebus ignorat? Huius in septis lea potentissima nuper oculis caligans eo devenerat ut, cartilagine quadam super pupillas diffusa, nihil prorsus discerneret. Accitus est itaque ophthalmicus medicus Podalirius, qui eam curaret. Bellua cloroformio sopita est; pedes, ne quid noceat, alligant, et horrendas rictu molas, ne hient, ferreo faeno coercent.

Podalirius in salutare opus incumbit. Repente bellua, rugiens experrecta, laqueos, funes, vincula, omnia frangit assurgens.

Nouma fauste aderat, quae, domare furiantem et placare indignantem scita, rabiem furoresque compescuit, dum addicti pueri, imbutis cloroformio pannis in caput rugientis coniectis, iterum somno venenososo frustra reluctantem adixerunt.

Vir quidam spectabat amico proximus. Socius tunc et exquirere, et petere, et advocate; interiora, externa vivarii scrutari. Nihil ubique; non erat.

Tandem aliquando ore exanguis redibat.

« Quonam », inquit Nouma, « domine mi?... Cur abiisti?... Cur tamdiu moratus?... ». At haec inter ridebat.

« Ne mireris », respondit ille; « nondum testamentum conficeram. Scriptis nunc tabulis (haec morae causa) ad catellam hanc redeo tuam ».

Ceterum, ne nugas agamus, et ad ea, quae vera sunt, revertamur, feliciter, difficillimum factu opus chirurgicum, non sine magna Podalirii laude, absolutum est.

P. d. V.

# T. G. FRATRUM PARISI Candalarum ad Sacra Opificium praemiis insigne



\* ROMAE in ITALIA \*



In Foro Campi Martii, 6



Singulis in artium recognitionibus publice habitis  
maxima relata munera

Leo PP. XIII honores addidit

Lateranensi Archibasilicae, itemque Vaticanae, quoties de Beatificatione aut de Canonizatione solemne sit, suppeditat.



Nullo impendio iubentum res in proximiorem a potentibus designatum portum defertur.

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur.

Cuivis querenti explicatio erit uberior.



Praecipua Templa cereis instruit ubique terrarum. In Asiam, Africam et urbem Constantinopolim mittit ingentia rerum huiusmodi pondera, pretio *francs* 180 pro singulis 100 Chilogramm.

Si vero ab America aut ab Australia petantur onera (300 Chilogramm. *ad minimum*), pretium erit *francs* 200 pro 100 Chilogramm.



FIGURAE URBIS ROMAE  
ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE  
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO  
*Veneunt apud comm. VOX URBIS Administrationem.*

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui ad socios commentarii VOX URBIS dono datur,  
venit singillatim L. 2.50

*apud comm. VOX URBIS Administrationem.*

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

PHILIPPUS VITI EQUES  
MARMORARIUS

ROMAE — via Alessandrina, N. 51 e 52 — ROMAE

AFFABRE SCULPIT QUAE SUNT  
AD SIMULACRA, ALTARIA, SACELLA  
AEDICULAS

uti patet ex operibus erectis ac refectis  
in Basilica Lateranensi,  
Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina,  
Eudoxiana, etc.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS  
ROMAE - Via Alessandrina, 87 - ROMAE

MONITUM

*Eorum omnium, qui in posterum inter  
commentarii socios recenseri volent, sub-  
notatio fieri potest a proximis kalendis  
Iuliis.*

LE LAUDI LATINE  
E  
IL CANTICO DEL SOLE  
DI  
SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porzianella, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier viro rei longe peritissimo conscriptam, continentur *laudes latine* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime aliū subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima editi cura, Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

Desclée, Lefebvre & Soc.

LIBRERIA CATTOLICA INTERNAZIONALE

ROMAE - Via S. Chiara, 20-21 - ROMAE

H. GRISAR S. I.

STORIA DI ROMA E DEI PAPI NEL MEDIO EVO

TRADUZIONE DAL TEDESCO

Parte I: ROMA SUL FINIRE DEL MONDO ANTICO

Tria volumina, in-8 magno, Lib. 20.

*Edita sunt duo prima volumina. Quamprimum tertium vulgabitur.*

Ephemerides Liturgicae \*

Singulis mensibus prodeunt, cura Congreg. Vincenzianae editae (Romae, via della Missione, 2) et quaestiones liturgicas, sive quod theoretic sive quod praxim spectat, tractant; Decreta S. Rit. Congreg., opportunis Commentariis additis, evulgant; accedit Appendix continens quaestiones cum Liturgia relationem habentes et Decreta aliarum Congregationum. Recens Pontificis litteris in forma brevis donatae sunt. — **Premium Consociationis:** in Italia, Lib. 10; in aliis Regionibus, Lib. II, excepta America meridionali, in qua Lib. 12. Potentibus mittitur numerus gratis.